1. AVIS d'arbitre pour partage de biens de famille ne peut être réitéré; c'est pourquoi s'il y a été omis quelqu'objet, il y sera pourvu au moyen de la nomination d'un autre arbitre, si elle est demandée.

INTERPRÉT. *Si des frères veulent faire partager des biens qui leur sont communs, l'arbitre nommé à l'effet d'opérer leur partage selon l'équité commune, ne pourra donner son avis qu'une seule fois. Si cet arbitre nommé par le juge a laissé quelque objet à partager, les parties, d'accord entre elles sur le choix d'un autre arbitre, pourront le faire nommer pour consommer leur partage.*

2. Le partage préparé, le juge doit prendre connaissance de toutes les choses comprises dans l'hérédité, et ne rendre qu'un seul et même jugement sur le tout.

3. C'est au juge du partage à ordonner que tous ceux qui ont reçu quelque chose des biens communs, le rapportent ou en nature ou par estimation, afin d'en faire le partage entre tous les héritiers.

4. Le juge du partage doit être celui de tous les héritiers, et non pas celui de quelques-uns; autrement ce serait en vain qu'il aurait été nommé.

5. Lorsqu'il s'agit du partage des biens d'associés, il se fait en justice.

TITRE XXI.

TITULUS XXI.

Quand a lieu la condamnation double à cause de la mauvaise foi.

Quemadmodum actiones per inficiationem duplantur.

1. **C**ONDAMNATION au double à cause de mauvaise foi a lieu, par exemple, en jugement pour dette, ou dépense pour délivrance de legs que l'héritier a eu ordre de donner, pour torts faits à dessein de nuire, et pour dommages et intérêts dus d'après la loi Aquilia; il en est de même quant aux champs, pour le cas où l'acquéreur a été trompé par le vendeur.

INTERPRÉT. *Ily a lieu à condamnation au double, contre les débiteurs traduits en justice qui renient la dette; c'est ce qu'on appelle la chose jugée. En condamnation de délivrance refusée de legs, ainsi qu'il arrive lorsqu'il a été enjoint à un héritier de donner telle chose à titre de legs, et qu'il en a refusé la délivrance; pour dommage causé à dessein de nuire, et qu'on a refusé de réparer; ou en matière de vente de terre, lorsque le vendeur, en livrant, a tracé la mesure à l'acquéreur, de sorte qu'il en reçoive moins qu'il n'est dit au contrat. Dans tous les cas ci-dessus la condamnation est du double, selon la loi Aquilia.*

2. Les procès ci-dessus où il y a lieu à condamnation au double par mauvaise foi, ne peuvent se terminer par aucun pacte.

INTERPR. *Aucune transaction ne peut intervenir dans les causes où le défendeur a nié la dette.*

TITRE XXII.

De la Caution solidaire.

QUOIQUE chacune des cautions prétoriales puisse être forcée à payer le tout, l'obligation se divise cependant, lors du paiement, pour ce que chacune d'elle doit supporter de la dette cautionnée.

INTERPRÉT. *Lorsqu'il existe plusieurs cautions d'une même dette, toutes pouvant payer, et l'une d'elles pouvant y être seule contrainte, on n'en doit pas moins diviser la dette de manière à ce que chacune n'en*

§. 1. **Q**UÆDAM actiones, si à reo inficiantur, duplantur, velut judicati, depensi, legati per damnationem relictī, damni injuria legis Aquiliæ: item de modo agri, cūm à venditore emptor deceptus est.

INTERPRETATIO. *Aliqua, quæ cūm ab his quibus sunt debita repetuntur, si à debitoribus negata fuerint, dupli satisfactio redduntur, id est, res judicata, legati per damnationem relictī, id est, si quis heres legati titulo dare jussus est, et petitum negaverit: vel si damnum alicui per injuriam factum quis sarcire noluerit: vel de modo agri, cūm à venditore emptor fuerit circumscriptus, ut minus inveniantur, quàm probatur scriptum. Quæ omnia superiùs comprehensa, secundum legem Aquiliam duplicantur.*

§. 2. **Ex his causis, quæ inficiatione duplantur, pacto decidi non potest.**

INTERPRETATIO. *Hæ causæ, quæ pulatorum negatione duplantur, per pactum finiri non possunt.*

TITULUS XXII.

De Fidejussore, et Sponsore.

INTER fidejussores ex edicto prætoris, si solvendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio dividetur.

INTERPRÉTATIO. *Cūm multi fidejussores pro una re extiterint, etiamsi ad solvendum quæ promiserunt probantur idonei, et possint omnes in solidum retineri: tamen restitutio debiti inter eos dividenda*

est, ut unusquisque id, quod eum pro parte sua contingit, exolvat. paye que la part dont elle est tenue.

TITULUS XXIII.

De Sepulcris et Lugendis.

§. 1. **O**B incursum fluminis, vel metum ruinae, corpus jam perpetuae sepulturae traditum, solemnibus redditis sacrificiis, per noctem in alium locum transferri potest.

§. 2. Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis: et qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.

§. 3. Intra muros civitatis corpus sepulturae dari non potest, vel ustrina fieri.

§. 4. Qui corpus perpetuae sepulturae traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum nudaverit et solis radiis ostenderit, piaculum committit. Atque ideò si honestior sit, in insulam, si humilior in metallum dari solet.

§. 5. Qui sepulcrum violaverint, aut de sepulcro aliquid sustulerint, pro personarum qualitate aut in metallum dantur, aut in insulam deportantur.

§. 6. Qui sepulcrum alienum effregerit, vel aperuerit, eoque mortuum suum alienumve intulerit, sepulcrum violasse videtur.

§. 7. Vendito fundo religiosa loca ad emptorem non transeunt, nec in his jus inferre mortuum habet.

§. 8. Qui monumento inscriptos titulos eraserit, vel statuum everterit, vel quid ex eodem traxerit, lapidem columnamve sustulerit, sepulcrum violasse videtur.

§. 9. In eo sarcophago vel solo ubi corpus jam depositum est, aliud corpus inferri non potest, et qui intulerit, reus sepulcri violati postulari non potest.

TITRE XXIII.

Des Tombeaux et Inhumations.

1. **D**ANS le cas où un fleuve aurait changé son lit, ou dans la crainte de tout autre désastre, il est permis, après la célébration des sacrifices d'usage, d'exhumer et de transférer dans un autre lieu, mais seulement pendant la nuit, le corps déjà déposé dans cette dernière demeure.

2. Il n'est pas permis de porter un cadavre par la ville, pour ne pas en souiller les temples: qui se serait permis un tel sacrilège, doit être puni à l'extraordinaire.

3. On ne peut ni enterrer ni brûler aucun corps dans la ville.

4. Quiconque aura désenseveli et exposé aux rayons du jour un corps confié à sa dernière demeure, ou déposé pour quelque tems seulement dans un lieu quelconque, se sera rendu coupable de sacrilège. Il est d'usage de le condamner, s'il est libre, à la déportation; s'il est esclave, aux mines.

5. Quiconque a violé un tombeau ou en a distrait quoi que ce soit, est condamné aux mines s'il est esclave, ou à la déportation s'il est libre.

6. Qui aura enfoncé, ou autrement ouvert le sépulcre d'autrui, et y aura apporté un cadavre de sa famille ou non, sera censé avoir violé le sépulcre.

7. Le droit d'usage des lieux consacrés ne se transmet pas par la vente du fond, l'acquéreur n'a pas le droit d'y apporter un mort.

8. Quiconque aura effacé les inscriptions étant sur un tombeau, ou renversé la statue, ou qui en aura arraché quoi que ce soit, et en aura distrait soit une colonne, soit une seule pierre, sera coupable du viol de tombeau.

9. Il est défendu de déposer un second corps dans le sarcophage ou la fosse où il en existe déjà un. Celui qui l'y aurait apporté, ne pourra, comme coupable d'avoir violé une sépulture, être appelé comme témoin.

10. Qui a fait les frais de la sépulture du corps d'un étranger, a droit de les répéter vis-à-vis de l'héritier, du père ou du maître du défunt.

11. Le mari peut retenir sur la dot les frais funéraires de sa femme.

12. Il n'est pas permis de demeurer auprès ou au-dessus des tombeaux.

13. Il y a lieu à expiation pour s'être seulement entretenu de conversation auprès; quiconque se serait permis encore plus, sera, selon son état, puni ou des travaux publics ou de l'exil.

14. On peut pleurer les pères et mères, et les enfans âgés de six ans, pendant un an; les autres mineurs pendant un mois; un mari pendant dix mois; les autres parens les plus proches après ceux-ci, pendant huit mois. Qui ne se conformera pas à ces règles, sera mis au nombre des infames.

15. Qui est en deuil doit s'abstenir de tous festins, de toutes parures, de la pourpre et de la robe des candidats.

16. Déboursés pour frais funéraires se paient avant toutes autres dettes.

INTERPRÉTAT. *Toutes dépenses faites pour la sépulture d'un défunt doivent être soldées sur ses deniers par préférence à tous autres créanciers.*

§. 10. Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus ejus aliquid impenderit, recipere id ab herede, vel à patre, vel à domino potest.

§. 11. Maritus id quod in funus uxoris impendit, ex dote relinere potest.

§. 12. Neque juxta monumentum, neque supra monumentum habitandi jus est.

§. 13. Attactu enim conversationis humanæ piaculum admittitur, et qui contra ea fecerit, pro qualitate personæ, vel opere publico, vel exilio mulctatur.

§. 14. Parentes et filii majores sex annis anno lugeri possunt, minores mense, maritus decem mensibus, et cognati proximioris gradus octo. Qui contra fecerit, infamium numero habetur.

§. 15. Qui luget, abstinere debet à conviviis, ornamentis, purpura et alba veste.

§. 16. Quidquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco deducitur.

INTERPRET. *Quidquid in sepultura defuncti expensum fuerit, priusquam aliis creditoribus de mortui hereditate reddendum est.*

JULII PAULI
SENTENTIARUM RECEPTARUM
AD FILIUM.

SOLUTIONS DE POINTS DE DROIT
UNANIMEMENT ADOPTÉES
DU TEMS DE JULES PAUL,
ET PAR LUI RECUEILLIES POUR SON FILS.

LIBER SECUNDUS.

LIVRE SECON D.

TITULUS PRIMUS.

TITRE PREMIER.

De rebus creditis et jurejurando.

Du serment sur choses dues.

§. 1. **I**N pecuniariis causis si alter ex litigatoribus jusjurandum deferat, audiendus est. Hoc enim et compendio litium, et acquitatis ratione provisum est.

INTERPRET. *Cum de repetitione pecuniæ agitur, et probatio debite pecuniæ nulla profertur, jubet hujus rei ambiguitatem sacramentorum interpositione finiiri.*

§. 2. Deferre jusjurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competit.

INTERPRET. *Licet prior petitor offerat sacramentum: tamen cum nulla probatio debiti est, is qui calumniam se pati dicit, potest fidem suam jurisjurandi religione firmare.*

§. 3. Si reus cum jurare velit, actor illi necessitatem jurisjurandi remisit, et hoc

1. **L**ORSQU'IL ne s'agit que d'argent entre deux plaideurs, si l'un d'eux déclare qu'il s'en rapporte au serment de l'autre, il faut y avoir égard; c'est le moyen de terminer plutôt et le plus équitablement leur procès.

INTERPRÉT. *Lorsqu'il s'agit de statuer sur répétition d'argent, et qu'il n'est apporté aucune preuve de la dette, c'est le cas de faire cesser le doute en prenant le serment de l'une ou de l'autre des parties.*

2. Le poursuivant ayant déferé le serment à son adversaire, celui-ci peut de son côté exiger que ce poursuivant jure qu'il ne réclame que ce qui lui est dû.

INTERPRÉT. *Si c'est le demandeur qui a le premier offert de s'en rapporter au serment du défendeur, celui qui soutient ne pas devoir ce qu'on répète de lui, peut aussi, faute de preuve, s'en rapporter au serment du demandeur sur la sincérité de sa répétition.*

3. Si à l'instant où le défendeur est prêt à faire serment, le demandeur y renonce,

et

et que cela paroisse juste, il ne faudra pas recevoir ce serment.

INTERPRÉT. *Si il arrive que le défendeur dont on aura exigé le serment veuille le faire, et que le demandeur déclare qu'il n'est pas nécessaire de le recevoir, dès-lors celui-ci ne pourra plus en aucun tems rien répéter à son adversaire.*

4. Si la répétition d'argent a lieu contre un héritier, on ne peut s'en rapporter à son serment, parce qu'il peut arriver qu'il ignore que la dette a été contractée.

INTERPRÉT. *On ne peut offrir de s'en rapporter au serment de l'héritier de celui auquel on a prêté de l'argent, parce qu'il est possible qu'il ignore en effet les actions de son auteur.*

5. La dette répétée étant avouée de quelque manière que ce soit, ce n'est plus le cas de recevoir le serment même demandé, c'est celui de condamner le débiteur reconnu à payer.

TITRE II.

De la dette assurée.

SI vous avez consenti à me payer ce qui m'est dû par Lucius Titius, j'ai le droit de vous le faire payer.

INTERPRÉT. *Quelqu'un s'étant engagé de payer la dette d'un autre, il doit satisfaire à cet engagement qui lui est personnel.*

TITRE III.

Des Contrats.

STIPULATION (convention) résulte de réponses précises faites à demande aussi bien expliquées et bien entendues que possible, sans surprise de part ni d'autre, ainsi que dans les cas ci-après : *Vous m'en répondez, je vous en réponds ; vous me donnerez, je vous donnerai ; vous me promettez, je vous promets ; je m'en rapporte à vous.* Une stipulation peut être faite, soit purement, soit sous condition.

INTERPRÉT. *Stipulation est toutes paroles alternativement données entre personnes présentes, et de l'une à l'autre, sur*

liquido appareat, actio in eum non datur.

INTERPRÉT. *Si quando pulsatus repententi pecuniam obtulerit sacramentum, et ille ei jurisjurandi necessitatem ultro concesserit, non potest ab eo postea debitum postulare.*

§. 4. *Heredi ejus, cum quo contractum est, jusjurandum deferri non potest quoniam contractum ignorare potest.*

INTERPRÉT. *Heres ejus cui pecunia credita dicitur, ad sacramentum vocari non potest : quia quæ egerit auctor suus ad integrum scire non potuit.*

§. 5. *Ei qui debitum quocumque modo confessus docetur, ex ea re creditori actio non datur, sed ad solutionem compellitur.*

TITULUS II.

De pecunia constituta.

SI id, quod mihi Lucius Titius debet, soluturum te constituas, teneris actione pecuniæ constitutæ.

INTERPRÉT. *Si quis pro alterius debito se pecuniam promiserit redditurum, ad solutionem statutæ promissionis est retinendus.*

TITULUS III.

De Contractibus.

STIPULATIO est verborum conceptio, ad quam quis congruè interrogatus respondit : *velut, spondes, spondeo ; dabis, dabo ; promittis, promitto ; fidei tua erit.* Et tam purè, quàm sub conditione concipi potest.

INTERPRÉT. *Stipulatio est inter presentes, hæc verba quibus se invicem partes obligare possunt, ubi necesse est, ut*

interrogatione petentis pulsatus ad interrogata respondeat. Veluti si quis pro alio fidejussorem se dicat accedere, qui cum se hac responsione obligaverit, ad solutionem etiam sine scriptura poterit retineri.

TITULUS IV.

De commodato, et deposito pignore fiduciae.

§. 1. **Q**UIDQUID in rem commodatam, ob morbum vel aliam rationem impensum est, à domino recipi potest.

§. 2. Si factò incendio, ruina, naufragio, aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est : nisi fortè cum possit rem commodatam salvam facere, suam prætulit.

§. 3. Servus vel equus si à latronibus, vel in bello, vel in aliam causam commodati occisi sunt, actio commodati datur : custodia enim et diligentia rei commodatæ præstanda est.

INTERPRÉT. *Si servum, vel equum, vel quacumque alia aliquis ab altero ad usum tantummodò serviendi commodata suscepit, et eos ad pugnam, vel ubi vita periculum incurrant, duxerit, ad redhibitionem commodatæ rei meritò à domino retinetur.*

§. 4. Si rem æstimatam tibi dederò, ut ea distracta pretium ad me deferres, eaque perierit, si quidem ego te rogavi, meo periculo perit : si tu de vendenda promissisti, tuo periculo perit.

INTERPRÉT. *Si, factò pretio, rem vendendam aliquis cuicumque tradiderit, et dum ab eo vendenda profertur, quacumque occasione perierit, ei perit qui eam dederat distractendam. Cu terùm si rem acceptam, non rogante domino, sed promittente eo qui accepit, dum vellet revindicare perdidit, sibi rei perditæ ingerit detrimentum.*

demandes faites et réponses rendues au même instant, comme lorsque quelqu'un se porte à l'instant même caution d'un autre. Celui qui s'est ainsi obligé par parole, peut être forcé de payer, sans autre titre écrit.

TITRE IV.

Du Prêt à usage et du dépôt pour gage ou de confiance.

1. **T**OUTES dépenses faites pour maladie ou pour toute autre nécessité de l'objet prêté, se répète contre celui à qui il appartient.

2. La chose prêtée étant périée par incendie, ruine, naufrage, ou autre accident de cette espèce; celui auquel elle avait été prêtée n'en est responsable qu'autant qu'il sera prouvé qu'il aurait pu la sauver, ou qu'elle n'est périée que parce qu'il a préféré de sauver la sienne.

3. Si l'esclave ou le cheval prêté a été tué par les voleurs, ou à la guerre ou par toute autre cause, celui à qui il a été prêté en est responsable; car c'est faute de l'avoir bien gardé et d'y avoir donné tous les soins qu'il exigeait qu'il a péri.

INTERPRÉT. *Si quelqu'un a emprunté seulement à usage ou un esclave, ou un cheval, ou toute autre chose, qu'il l'ait mené au combat, ou l'ait autrement exposé à périr, il est juste qu'il en soit responsable.*

4. Si vous ayant remis une chose estimée, à condition de m'en rapporter le prix, et qu'elle ait périée, ce sera à moi à en supporter la perte si je vous ai prié de la vendre; mais si vous m'avez promis de la vendre, la perte sera pour vous.

INTERPRÉT. *Si après être convenu du prix d'une chose à vendre, elle a été remise à qui que ce soit par le propriétaire pour être vendue, et qu'elle soit périée, n'importe comment, avant d'avoir été vendue, la perte sera pour celui qui l'aura donnée à vendre. Il en sera autrement si ayant reçu la chose estimée, celui qui s'en est chargé n'a pas eu ordre de la vendre, mais a promis la vendre, et qu'elle se trouve perdue avant la vente, dans ce cas c'est à celui-ci à en supporter la perte.*

TITRE V.

Des Gages.

1. CRÉANCIER nanti sans condition d'un gage quelconque et qui veut le vendre, ne le peut, qu'après avoir trois fois requis le débiteur de dégager son gage.

INTERPRÉT. *Le créancier nanti sans condition d'un gage, peut faire trois sommations à son débiteur de payer et de retirer le gage. Le débiteur s'étant refusé autant de fois de retirer ce gage en payant, le créancier peut ensuite vendre le gage quand il lui plaira.*

2. Les portées et les enfans provenus de gage donné, ne naissent pas au profit du créancier, ils appartiennent au débiteur; à moins qu'il n'y ait eu convention contraire.

INTERPRÉT. *Si en recevant de l'argent à titre de prêt, l'emprunteur a nanti son créancier d'un troupeau de jumens, de vaches ou de brebis, leurs portées appartiennent au débiteur et non au créancier. Il en sera de même si c'est une servante qui a été donnée pour gage, si elle met au monde un enfant, il appartiendra au débiteur et non au créancier.*

3. Compensation a lieu de chose due, de même espèce ou non. Ainsi, si je vous dois de l'argent et que vous m'en deviez aussi, ou du blé, ou toute autre chose, en vertu de diverses conventions, vous devez déduire ce que vous me devez de ce que je vous dois; si vous me traduisez en justice pour tout ce que je vous dois, votre demande doit être rejetée, parce que vous aurez demandé plus qu'il ne vous était dû.

INTERPRÉT. *Lorsque quelqu'un doit dix écus d'or à un autre, et qu'il lui est en même tems dû par cet autre, et pour quelque cause que ce soit, cinq écus d'or, si le créancier des dix écus les ayant répétés en totalité contre son débiteur, celui-ci prouve qu'il lui est dû par son adversaire cinq écus; alors, parce que le créancier des dix écus les aura demandés en totalité, il perdra sa cause, et cela pour n'avoir pas fait compensation de ce dont il était lui-même débiteur. Il en sera de même si la compensation devait avoir lieu pour du*

TITULUS V.

De Pignoribus.

§. 1. CREDITOR, si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus absolvat, ne à se distrahatur.

INTERPRÉT. *Creditor si sine conditione pignus sibi depositum tenens, ter debitorem convenerit, ut soluto debito pignora sua recipiat. Quod si debitor noluerit post tres admonitiones soluto debito pignora sua recipere, creditor d' strahendi pignoris habebit liberam potestatem.*

§. 2. Fœtus, vel partus ejus rei, quæ pignori data est, pignoris jure non tenetur, nisi hoc inter contrahentes convenerit.

INTERPRÉT. *Si quis gregem equarum, vaccarum, vel ovium, accepta mutua pecunia, pignori creditori dederit, fœtus earum ad debitorem, non ad creditorem pertinet. Ita est et si ancillam dederit, et partum ediderit, ad debitorem pertinet, non ad creditorem.*

§. 3. Compensatio debiti ex pari specie, et causa dispari admittitur; velut si pecuniam tibi debeam, et tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum, aut cætera hujusmodi, licet ex diverso contractu, compensare, vel deducere debes. Si totum petas, plus petendo causa cadis.

INTERPRÉT. *Si quis alicui debeat solidos decem, et illi qui debet de quacunque ratione debeantur à creditore suo solidi quinque: et veniat creditor, et totos decem solidos à debitore petat, si probaverit ille debitor sibi ab eo quinque solidos deberi, quare illum in solidum pro totis decem solidis convenit, causam perdit, qui noluit debitum compensare. Similis ratio est et de frumento, et de aliis speciebus.*

blé, ou toute autre chose dont le prix était dû par le répétant des dix écus.

TITULUS VI.

De Exercitoribus.

FILIUSFAMILIAS si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum ob ea quæ salva receperit, obligat.

TITULUS VII.

Ad legem Rhodiam.

§. 1. **L**EVANDÆ navis gratia jactus commercium factus, omnium intributione sarcitur, quod pro omnibus datum est.

§. 2. Jactu navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, ejus quoque rationem haberi placuit, qui merces salva nave jactavit.

§. 3. Nave, vel arbore vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus navis salva sit.

§. 4. Levandæ navis gratia merces in scapham transjectas, atque ideo amissas, intributione earum, quæ in navi salvæ erunt, refici convenit: nave autem perditâ, conservatæ cum mercibus scaphæ ratio non habetur.

§. 5. Collatio intributionis ob jactum salva nave fieri debet.

TITULUS VIII.

De Institoribus.

§. 1. **S**ICUT commoda sentimus ex actu

TITRE VI.

Des Patrons de navire.

LE fils de famille chargé par son père de la conduite de son navire, le père est responsable des avaries survenues aux marchandises que le fils a reçues en bon état.

TITRE VII.

Sur la loi Rhodia.

1. **S**I pour alléger un navire il a été jeté des marchandises à la mer, que tous supportent par contribution cette perte, puisqu'elle aura été faite pour tous.

2. Si le navire allégé par le jet vient ensuite à périr, les autres marchandises restées en ayant été retirées par les plongeurs, il est juste que celui qui a jeté les siennes pour sauver le navire, ait sa part de ce qui aura alors été ainsi recouvré.

3. Le navire ou son mât ayant été brisé par la force d'une tempête, les passagers ne seront tenus à aucune contribution. Mais si le mât a été rompu par eux pour le salut commun, et que le vaisseau ait été sauvé, ils sont tenus de la perte.

4. Des marchandises ayant été transportées dans des barques, ces barques venant à périr, les marchandises restées dans le navire doivent contribuer à la perte des marchandises périées, à cause de leur transport du navire dans les allèges. Au contraire, si après avoir été allégé, le navire vient à se perdre, la perte n'a rien de commun avec les marchandises étant dans les allèges.

5. Le navire ayant été sauvé par le jet en mer, il y a lieu à contribution au marc le franc.

TITRE VIII.

Des Préposés (à certaines affaires ou certain négoce).

1. **S**IL est commode de s'en reposer sur

les soins de certains préposés pour la conduite de nos affaires, il est de toute justice de répondre de leurs fautes. C'est aussi pour cela que toute personne qui a commis un de ses esclaves, ou son fils ou sa fille, ou sa seryante pour une affaire quelconque, ou pour faire le commerce, en est le garant et peut être actionné pour eux en justice.

2. Toute personne libre ou esclave préposée pour faire valoir de l'argent, ou cultiver des terres, en recueillir et en vendre les fruits, a pour garants directs du contrat, les biens de celui qui l'a commis.

INTERPR. *Quiconque est reconnu pour avoir préposé qui que ce soit pour faire le commerce ou cultiver des terres, en recueillir et en vendre les fruits, doit supporter les dominages résultans des faits de ce préposé, libre ou esclave.*

3. Les propriétaires ou préposés à la tenue des ateliers d'artisans ou des boutiques, sont responsables des apprentis pris par les chefs de ces ateliers ou boutiques.

INTERPRÉT. *Toutes obligations applicables aux apprentis ou aux ouvriers de quelque atelier que ce soit, sont reversibles sur les maîtres des ateliers ou préposés.*

TITRE IX.

De ce qui a fait profit.

L'ESCLAVE ou le fils de famille qui a reçu de l'argent et l'a employé pour son maître, soit à la culture de son champ, soit aux réparations ou entretien de sa maison, soit à habiller ses esclaves, soit à payer un créancier ou des achats quelconques, a obligé son père ou son maître et ses biens; pourvu toutefois que l'argent ait été donné pour cette cause.

INTERPRÉT. *Si l'esclave ou le fils de famille a emprunté de qui que ce soit une somme d'argent, et qu'il soit prouvé qu'il l'a employée à ce qui était utile et nécessaire pour son père ou son maître, ceux-ci seront tenus de la dette.*

præpositi institoris, ita et incommoda sentire debemus. Et ideò in eum, qui servum, sive filium filiamve familias, sive ancillam præposuit negotiis, vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum convenitur.

§. 2. Si quis pecuniæ fœnerandæ, agro colendo, condendis vendendisque frugibus præpositus est, ex eo nomine, quod cum illo contractum est, in solidum fundi dominus obligatur, nec interest servus, an liber sit.

INTERPRÉTAT. *Quicumque quamlibet personam aut ad exercendum negotium aut pro ratione culturæ, et condendis vendendisque frugibus præposuisse cognoscitur, si quid damni per ejus actum accesserit, ad eum qui ipsum instituit, pertinebit, sive servus, sive liber sit.*

§. 3. Quod cum discipulis eorum, qui officinis, tabernis præsent, contractum est, in magistros, vel instituteores tabernæ in solidum actio dabitur.

INTERPRÉT. *Si quid cum discipulis vel mercenariis tabernariorum, vel cujuslibet officinæ actum fuerit, ad magistrum officinæ, vel instituteorem tabernæ damnum quod accesserit pertinebit.*

TITULUS IX.

De in rem verso.

SERVUS, vel filiusfamilias, si acceptam pecuniam in rem patris vel domini vertit, hoc modo, agrum, putà colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, de in rem verso in solidum vel patrem, vel dominum obligat, si tamen ob hanc causam pecunia data sit.

INTERPRÉT. *Si servus vel filiusfamilias autuam pecuniam à quocunque susceperit, et in utilitatibus patris vel domini, necessariisve rebus eam expendisse probatur, pro hoc debito, patrem vel dominum ad solutionem necesse est retineri.*

TITULUS X.

De Senatusconsulto Macedoniano.

QUI filiofamilias contra interdictum amplissimi ordinis, pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris, ex eo, quod vivo patre credidit, cum eo agere non potest.

INTERPRET. *Qui filiofamilias contra interdicta legum, inscio patre pecuniam commodavit, eam, nec vivente nec mortuo patre, ab eodem poterit postulare.*

TITULUS XI.

Ad Senatusconsultum Velleianum.

§. 1. **I**N omni genere negotiorum, et obligationum, tam pro viris, quam pro feminis intercedere mulieres prohibentur.

INTERPRET. *In omni genere causarum, pro quibuscunque personis mulieres fidem suam interponere prohibentur.*

§. 2. Mulier, quæ pro tutoribus filiorum suorum iudemnitatem promisit, ad beneficium senatusconsulti non pertinet.

INTERPRETAT. *In hac tantum mulier fidejussione tenetur, ut si tutores filiis suis petat, et pro eis fidejussor existat, filiis teneatur obnoxia.*

TITULUS XII.

De Deposito.

§. 1. **S**I sacculum, vel argentum signatum deposuero, et is penes quem depositum fuit, me invito contrectaverit, et depositi, et furti actio mihi in eum competit.

§. 2. In iudicio depositi, ex mora fructus veniunt, et usuræ rei depositæ postulantur.

INTERPRET. *Cùm in iudicio de rebus agitur commendatis, si mora in reddendo*

TITRE X.

Du Sénatus-consulte Macédonien.

QUI a prêté au fils de famille au préjudice de la défense qui en a été faite par le sénat, ne pourra le répéter contre le père, ni de son vivant, ni après sa mort, ni agir à raison de ce prêt contre ce fils de famille.

INTERPRÉT. *Argent prêté à un fils de famille à l'insu de son père, dans les cas où les lois défendent de lui en prêter, ne peut être répété contre ce fils de famille, ni du vivant du père, ni après son décès.*

TITRE XI.

Sur le Sénatus-consulte Velléien.

1. **I**L est interdit aux femmes d'intervenir dans aucune espèce d'affaire ou de contrat, soit pour hommes, soit pour femmes.

INTERPR. *Les femmes ne peuvent être cautions pour qui que ce soit ni de quoi que ce soit.*

2. Femme qui s'est obligée à l'indemnité due par les tuteurs de ses enfans, ne peut se prévaloir du bénéfice du sénatus-consulte.

INTERPRÉT. *Il n'y a qu'un cas où la femme peut être obligée comme caution, c'est celui où elle a indiqué les tuteurs de ses enfans et s'en est rendue caution; dans ce cas elle est valablement obligée à l'égard de ses enfans.*

TITRE XII.

Du Dépôt.

1. **S**I j'ai déposé une bourse d'argent ou de l'argent compté, et que celui à qui je l'ai confié en ait distrait une partie sans mon consentement, j'aurai contre lui la double action de vol et de violation de dépôt.

2. En matière de dépôt; tout jugement rendu entraîne la restitution des fruits ou le paiement des intérêts s'il y a retard.

INTERPRÉT. *Lorsqu'il y a eu jugement pour restitution de dépôt, s'il y a eu retard*

de rendre, il en est dû intérêt à compter du jugement s'il s'agit d'argent, il faut rendre les fruits s'il s'agit de biens fonds.

3. En fait de dépôt compensation n'a pas lieu, c'est la chose déposée qu'il faut rendre.

TITRE XIII.

Sur la loi concernant le dépôt.

1. LE créancier nanti ayant vendu le gage, le débiteur a droit à l'excédent de son prix sur la dette.

INTERPRÉT. *Le créancier nanti qui, à défaut de paiement, a vendu son gage et en a retiré plus qu'il ne lui était dû, est condamné à restituer à son débiteur cet excédent.*

2. Tout ce qui, du fait de l'esclave donné en gage, aura été acquis au créancier, diminue d'autant le dû.

INTERPRÉT. *Tous profits procurés au créancier par l'esclave dont il a été nanti, doivent être imputés sur la dette.*

3. Le débiteur ne peut vendre à son créancier ce qu'il lui a donné en gage; il peut le vendre à tout autre, à la charge de payer le créancier. Cette vente en transmet valablement la propriété à l'acquéreur.

INTERPRÉT. *Il est défendu au créancier d'acheter de son débiteur ce qui lui a été donné en gage; mais le débiteur peut s'en arranger avec tout autre, de manière qu'en ayant reçu le prix et payé son créancier, il livre l'objet donné en gage franc et quitte, et susceptible d'être vendu par l'acquéreur à qui bon lui semblera, sans crainte d'aucune répétition de la part du créancier.*

4. Si le créancier acquiert son gage par personne interposée contre la volonté du débiteur, il n'y aura point eu de vente; et toutefois que cela aura été prouvé, le sort du gage ou les obligations du nanti n'auront été en rien changés.

INTERPRÉT. *Il est défendu au créancier d'acheter par prête-nom ce qu'il a reçu en gage; ce fait ayant eu lieu, le débiteur pourra, en payant sa dette, revendiquer son gage mal acquis.*

ab eo cui commendatæ sunt offeratur, prout res fuerit commendata, aut usuræ, si pecunia; aut fructus si prædia fuerint, debebuntur.

§. 3. *In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est.*

TITULUS XIII.

De lege commissoria.

§. 1. DEBITOR distractis fiduciis à créditore, de superfluo adversus eum habet actionem.

INTERPRÉT. *Si quis creditor, debitore in solutione tardante, rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptum fuerit quam debebatur, quod plus acceptum est, restitui jussum est debitori.*

§. 2. Quicquid creditor per fiduciarium servum quæsivit, sortem debiti minuit.

INTERPRÉT. *Quicquid creditor per oppignoratum sibi pro debito servum acquisierit, de summa debiti retrahitur.*

§. 3. Debitor creditori fiduciam vendere non potest, sed aliis, si velit, vendere non potest, ita ut ex pretio ejusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem emptori præstet.

INTERPRÉT. *Creditor rem sibi oppignoratam à debitore emere non potest. Sed debitor cum alia persona inire contractum potest, ut accepta ab emptore pecunia, debitum restituat creditori. Et sic postea rem suam à debitore liberam, cui voluerit vendat.*

§. 4. Si per suppositam personam creditor pignus summi invito debitore comparaverit, emptio non videtur; et ideò quandoque lui potest. Ex hoc causa casu pignoris, vel fiducia finiri non potest.

INTERPRÉT. *Creditor pignus quod à debitore accepit, nec per suppositam personam emere potest. Quod si factum fuerit, agente debitore, soluto debito, emptio non valebit.*

§. 5. Si inter creditorem et debitorem convenerit, ut fiduciam sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor denunciare ei solemniter potest, et distrahere. Nec enim ex tali conventionem fiduciæ actio nasci potest.

INTERPRÉT. *Si conveniat inter creditorem et debitorem, ut pignus à creditore non vendatur, non solvente debitore debitum, creditor pignus post trinam conventionem vendere potest.*

§. 6. Si creditor rem fiduciæ datam uni ex heredibus vel extraneo legaverit, adversus omnes heredes actio fiduciæ competit.

INTERPRÉT. *Si creditor rem, quam à debitore pignori acceperit, uni ex heredibus, vel extraneo legati titulo derelinquat, debitor pro pignore suo, oblato debito, omnes heredes creditoris poterit convenire.*

§. 7. Si creditor rem fiduciarium fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quæ impendit, iudicio fiduciæ debitorem habebit obnoxium.

INTERPRÉT. *Si quis creditor prædium sibi fiducia obligatum, studio et opere suo melioraverit, quicquid se pro melioranda re impendisse probaverit, ei à debitore reddendum est.*

§. 8. Novissimus creditor priorem oblata pecunia, quo possessio in eum transferatur, dimittere potest. Sed et prior creditor secundum creditorem, si voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior sit.

INTERPRÉT. *Si duo creditores unum pignus debitoris habeant obligatum, et posterior creditor priori creditori pecuniam offerat, potest pignus obligatum ad se transferre. Item si prior creditor, licet potior sit in pignore retinendo, si offerat pecuniam, potest apud se pignus retinere.*

5. S'il a été convenu entre le créancier nanti d'un gage et son débiteur que le créancier ne pourra vendre le gage, le créancier n'en aura pas moins le droit, si le débiteur ne paye pas, de lui faire les dénonciations prescrites, et ensuite de vendre le gage, ne pouvant être considéré comme dépôt à cause de cette convention.

INTERPRÉT. *Quand même il aurait été convenu entre le créancier et le débiteur que le gage ne serait pas vendu faute de paiement, le créancier pourra, après la troisième sommation, vendre le gage.*

6. Si le créancier a légué, même à un seul de ses héritiers ou à tout autre étranger, l'objet qui lui avait été donné en gage, il y aura action contre tous les héritiers de ce créancier.

INTERPRÉT. *Si le créancier a laissé à titre de legs chose qui lui a été donnée en gage, soit à un seul de ses héritiers, soit à tout autre, le débiteur peut, en payant sa dette, réclamer son gage de tous les héritiers de son créancier.*

7. Si le créancier a amélioré la chose à lui donnée en gage, il peut obtenir jugement contre le débiteur qui refuserait de lui rembourser les dépenses d'amélioration.

INTERPRÉT. *Le créancier auquel il aurait été remis un champ pour gage, et qui à force de travail et de dépense l'aurait amélioré, a droit de se faire payer par le débiteur tout ce qu'il prouvera qu'il a dépensé pour l'améliorer.*

8. Nouveau créancier peut, en payant le premier, devenir seul possesseur du gage. Le premier créancier peut de même, s'il le veut, retenir le gage pour lui seul en payant le second créancier, quel que soit au surplus le droit de ce second créancier sur ce gage.

INTERPRÉT. *Si un débiteur a donné un gage pour une première dette, et qu'en ayant contracté une seconde, il ait été convenu que le gage donné au premier créancier servirait aussi de gage au second; le second créancier peut, en remboursant le premier, lui retirer le gage. Le premier créancier peut, s'il le veut, user du même droit envers le second, c'est-à-dire, retenir le gage commun pour lui seul,*

seul, en remboursant le second créancier, quel que soit d'ailleurs le droit de ce dernier, et quand même celui-ci serait possesseur du gage.

9. L'esclave qui a emprunté de l'argent pendant qu'il était en servitude, ne peut, après son affranchissement, être poursuivi à raison de cette obligation.

TITRE XIV.

Des Intérêts.

1. **S**IL n'y a qu'un pacte nu, une simple promesse d'intérêt, on ne peut l'exiger en aucun tems; parce qu'entre citoyens Romains il ne résulte aucune action de pacte nu.

INTERPRÉTATION. Pacte nu est celui qui résulte de simple promesse d'intérêts indéfinis, faite par le débiteur à créancier, sans aucune autre stipulation. Intérêts ainsi promis ne sont pas exigibles du débiteur.

2. Ce qui a été payé d'intérêts au-dessus du centième s'impute sur le capital; il peut être répété même après qu'on a remboursé le capital.

INTERPRÉTATION. En fait de prêt d'argent, lorsque les intérêts payés auront égalé le capital, ce que le débiteur aura payé de trop lui sera rendu. Le débiteur ayant payé le centième d'intérêts et le capital, le créancier sera tenu de rendre au débiteur le trop payé.

Nota. L'intérêt ordinaire était de un pour cent chez les Romains, et se payait par mois.

3. Intérêt de l'argent d'expédition maritime peut, à cause du danger que court le créancier tant que le navire est en mer, être indéfini.

INTERPRÉT. L'argent d'expédition maritime, est celui qui a été employé à charger un vaisseau de marchandises pour les pays d'outre-mer; à cause du danger que court le créancier, il peut être convenu tel intérêt qu'il plaît au débiteur d'en accorder.

Nota. Le prêt dont il est ici question, est ce que nous appelons le prêt à la grosse.

4. Ce qui a été payé par erreur au-

§. 9. Servus, si mutuam pecuniam servitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conveniri non potest.

TITULUS XIV.

De Usuris.

§. 1. **S**I pactum nudum de præstandis usuris interpositum sit, nullius est momenti. Ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur.

INTERPRÉT. Pactum nudum dicitur, si cautio creditori à debitore, in qua centesimam se soluturum promisit, sine stipulatione fiat. Et idè usuræ ex nuda cautione creditori penitus non debentur.

§. 2. Usuræ supra centesimam solutæ sortem minuunt, consumpta sorte repeti possunt.

INTERPRÉT. In pecuniis creditis, cum solutio usurarum sortem æquaverit, si quid amplius creditori datum fuerit, de capite debiti subtrahitur: si verò et centesima, et caput impletum est, quod amplius creditor accepit, reddere cogetur debitori.

§. 3. Trajectitia pecunia, propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usuras recipere potest.

INTERPRÉT. Trajectitia pecunia dicitur, quæ in navi ut ad transmarina deferatur, deponitur: quia maris periculo committitur, in quantas convenerit usuras, hanc pecuniam dare creditor potest.

§. 4. Usuræ, quæ centesimam exce-

dunt, per errorem solutæ repeti possunt.

Interpretatione non indiget.

§. 5. Si quis pignora debitoris citra auctoritatem judicantis abduxerit, violentiæ crimen admittit.

§. 6. Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quòd idonea nomina non habeat, cui pecuniæ collocentur : cujus rei contestatio apud præsidem provinciæ deponenda est.

TITULUS XV.

De Mandatis.

§. 1. **O**B subitam valetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam, et inanes rei actiones, integra adhuc causa, mandati negotio renunciari potest.

INTERPRETAT. *Propter subitam infirmitatem, et necessitatem peregrinationis, vel propter inimicitias majoris personæ ne cujuscunque videatur actio vacillare, integra adhuc causa, is qui suscepit, susceptum negotium renuere potest.*

§. 2. **S**I meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, et si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. Non enim tantum quod impensum est, sed et usuras ejus consequi possum.

§. 3. Certo pretio rem jussus distrahere, si minoris vendiderit, mandati judicio pretii summa poterit integrare : venditionem enim dissolvi non placuit.

dessus de un pour cent pour intérêt, peut être répété.

Il n'est pas besoin d'interprétation.

5. Quiconque se sera prévalu de la situation d'un débiteur pour l'amener à donner de plus forts gages qu'il n'aura été ordonné par le juge, sera réputé coupable de violence.

6. Tuteur ne doit pas d'intérêt de l'argent de son pupille qu'il n'a pas placé, lorsqu'il n'a pu trouver à le placer dans les mains de personnes suffisamment solvables; c'est au gouverneur de la province à décider de la contestation qui peut s'élever à ce sujet.

TITRE XV.

Des Fondés de procurations.

1. **O**N peut, avant d'en avoir fait aucun usage, renoncer au mandat, pour cause d'incommodité survenue, ou de voyage indispensable, pour inimitié, ou par crainte de ne pouvoir réussir.

INTERPRÉT. *L'affaire n'ayant pas encore été entamée, on peut renoncer au pouvoir en vertu duquel on s'en était chargé pour un autre, soit à cause d'infirmité subite, soit par nécessité d'entreprendre pour soi un voyage soit par crainte d'être soupçonné d'avoir négligé l'intérêt de son commettant, s'il s'agissait de traiter avec une personne de haut rang qu'on se croirait obligé de ménager par intérêt personnel.*

2. Si, en conséquence de votre ordre, j'ai acheté pour vous et payé de mon argent quelque chose, et que vous la refusiez; je puis exercer contre vous l'action du fondé de pouvoir. Dans ce cas, je puis non-seulement exiger la somme que j'ai dépensée pour vous, mais encore les intérêts.

3. Si un fondé de pouvoir a eu ordre de ne vendre quelque chose que pour un certain prix, et qu'il l'ait vendue moins; ce fondé de pouvoir pourra, en conséquence du prix fixé à la chose à vendre, être tenu du moins qu'il en aurait reçu. La vente par lui faite ne pouvant pas, selon le droit, être annullée.

INTERPRÉT. *Une personne quelconque ayant été chargée par une autre de vendre un objet dix sesterces, l'aura donné pour huit ; dans ce cas le mandant aura droit d'exiger du mandataire le complément du prix par lui fixé à sa chose, en sus de ce qu'elle aura été vendue. Il ne pourra pas faire annuler la vente.*

TITRE XVI.

De l'Associé.

PERTE et gain sont communs entre associés, à moins que la perte ne résulte de la faute ou de la fraude de l'un d'eux.

TITRE XVII.

De l'Achat et de la Vente.

1. **Q**UI a vendu une chose dont il n'était pas propriétaire, et en a reçu le prix, peut être condamné à la payer au propriétaire, selon que le veut la loi pour le cas dont est question. Le propriétaire ne peut en obtenir ni plus ni moins.

INTERPRÉT. *Si quelqu'un a vendu la chose d'autrui, et en a reçu le prix, il pourra être condamné à la payer au propriétaire le double de ce qu'il l'aura vendue.*

2. En cas d'éviction de choses vendues et livrées, le vendeur peut être condamné à rendre à l'acheteur autant que s'il s'était rendu garant de cette éviction.

INTERPRÉT. *Si celui qui a vendu une chose l'a tout simplement livrée à l'acquéreur sans lui en garantir la possession, et que cet acquéreur soit forcé de l'abandonner, le vendeur n'en sera pas moins soumis à la peine de garantie, c'est-à-dire, qu'il devra rendre le double du prix qu'il aura reçu, comme s'il s'y était engagé.*

3. Vente de chose ayant été consommée par livraison et mise en possession, si l'acquéreur en est évincé (s'il a été forcé de l'abandonner); le vendeur n'ayant pas garanti la vente, n'en est pas moins tenu de l'indemniser, de l'autorité de la loi.

4. En vente de biens fonds, le vendeur qui a annoncé une plus grande contenance,

INTERPRÉTAT. *Si quis cuilibet mandet, ut rem suam decem solidis vendat, et ille eam octo vendiderit, pretium quod ei mandatum est, quicquid minus ab emptore percepit, mandatori complere compellitur. Venditio tamen rescindi non potest.*

TITULUS XVI.

Pro Socio.

SICUT lucrum, ita et damnum inter socios communicatur, nisi quid culpa socii, vel fraude eversum sit.

TITULUS XVII.

Ex Empto et Vendito.

§. 1. **V**ENDOR, si ejus rei, quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto, auctoritatis manebit obnoxius. Aliter enim non potest obligari.

INTERPRÉTAT. *Si quis rem alienam vendiderit, et pretium acceperit, ad redhibitionem duplæ pecuniæ manebit obnoxius.*

§. 2. Si res simpliciter traditæ evincantur, tanto venditor emptori condemnandus est, quanto si stipulatione pro evictione cavisset.

INTERPRÉTAT. *Si quicumque rem simpliciter, id est, sine pænæ interpositione emptori tradiderit, ut de eadem re emptor fuerit superatus, in tantum ei venditor manebit obnoxius, velut si evictionis pœnam, id est, duplum se redditurum pretium in venditione promiserit.*

§. 3. Res empta mancipatione et traditione perfecta, si evincatur, auctoritatis venditor nullatenus obligatur.

§. 4. Distracto fundo, si quis de modo mentiatur, in duplo ejus, quod mentitus

est, officio judicis æstimatione facta convenitur.

§. 5. Redhibitio vitiosi mancipii intra sex menses fieri potest, propter latens vitium.

§. 6. Si ut servum quis pluris venderet, de artificio ejus, vel peculio mentitus est, actione ex empto conventus quanto minoris valuisset, emptori præstare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere.

INTERPRETAT. *Si venditor, cum mancipium distraheret, de artificio ejus, vel de peculio, pro caritate pretii mentitus est, emptori, in quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tantum reddere compellatur, aut certè mancipium venditum recipere, reddito pretio, acquiescat.*

§. 7. Ex die emptionis si pars pretium numeratum sit, et fructus, et operæ servorum, et fœtus pecorum, et ancillarum parvus ad emptorem pertinent.

§. 8. Fundum alienum mihi vendidisti, postea idem ex causa lucrativa meus factus est, competet mihi adversus te ad pretium recuperandum actio ex empto.

INTERPRETAT. *Si quis agrum alienum cuicumque vendiderit, et postea hic ipse ager ab alio domino cujus erat, emptori donatus sit, venditor emptori in redhibitione pretii quod accipit manebit obnoxius.*

§. 9. Post rem traditam, nisi emptor pretium statim exolvat, usuras ejus præstare cogendus est.

§. 10. Mutus emere et vendere potest, furiosus autem neque emere, neque vendere potest.

§. 11. Servus bona fide comparatus, si ex veteri vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed et ea quæ per fugam abstulit reddere cogetur.

doit être pour cela seul condamné au double du prix de ce à quoi aura été estimé le déficit.

5. Il y a lieu dans les six mois de la vente, pour vice caché de la chose livrée, à sa restitution au vendeur.

6. Si, pour parvenir à vendre plus cher un esclave, on en a imposé sur ses talens ou sur la quotité de son pécule, le vendeur, actionné à raison de cette vente, sera condamné à rendre à l'acquéreur le trop par lui payé, si mieux il n'aime reprendre son esclave.

28. Des fruits ayant été volés sur un fonds de terre, le propriétaire ou le fermier pourra en poursuivre la restitution; par la raison que l'un et l'autre y ont un égal intérêt.

29. Quiconque aura enlevé, pour en jour, une servante esclave n'étant pas femme publique, sera coupable de vol, et puni de la peine portée par la loi Favia s'il l'avait sequestrée.

30. Quiconque aura enlevé des tablettes, ou autres titres à quelqu'un, pourra être poursuivi en paiement des sommes dont elles contiendraient la mention, et ce quand même elles auraient été croisées; parce que paiement effectué ne peut être prouvé que par eux.

INTERPRÉT. *Qui aura volé des tablettes ou tous autres titres, sera condamné à payer toute la somme dont il y aurait été fait mention;*

Que ces titres soient intacts ou raturés, et quand même ils justifieraient de l'acquit des sommes y mentionnées.

31. Qui a conseillé à l'esclave de s'enfuir, n'est pas à la vérité coupable de vol, mais d'avoir corrompu cet esclave.

32. Si une chose volée a été rendue à son propriétaire, il n'y a plus lieu à action de vol.

33. Qui, dans l'intention du vol, a enfoncé un appartement, et cependant n'en a rien emporté, ne peut être tenu de vol, mais seulement d'outrage fait au maître de la maison.

§. 24. Si servum communem quis furatus sit, socio quoque actio furti dabitur.

§. 25. Qui pro derelicto rem jacentem occupavit, furtum non committit; tametsi à domino derelinquendi animo relictam.

§. 26. Si servus furtum fecerit cum domino, præter rei conditionem furti actio in dominum datur.

§. 27. Fullo et sarcinator qui poliendam vel sarcienda vestimenta accepit, si forte his utatur, ex contrectatione eorum furtum fecisse videtur; quia non in eam causam ab eo videntur accepta.

§. 28. Frugibus ex fundo subreptis tam colonus quam dominus furti agere possit, quia utriusque inter est rem persequi.

§. 29. Qui ancillam non meretricem libidinis causa subripuit, furti actione tenebitur: et si supressit, pœna legis Faviæ coercetur.

§. 30. Qui tabulas, cautionesve surripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur: nec interest cancellatæ, necne sint; quia ex his debitum dissolutum interest comprobari.

INTERPRÉT. *Qui tabulas aut cautiones furto abstulerit, ad eam summam redhibitionis, quam tabulæ, vel chartæ sublatæ continent, furti actione tenebitur.*

Nec interest, utrum cautiones ipsæ sine aliqua litura sint, an fuerint cancellatæ aut forsitan jam solutæ.

§. 31. Qui servo fugæ consilium dedit, furti quidem actione non tenetur, sed servi corrupti.

§. 32. Res subrepta si in domini potestatem reversa sit, cessat furti actio.

§. 33. Qui furandi animo conclave effregit vel aperuit, sed nihil abstulit, furti actione conveniri non potest, injuriarum potest.

§. 34. Qui rem suam furatur, ita de-
mum furti actione non tenetur, si alteri
ex hoc non noceatur.

§. 35. Servus, qui in fuga est, à domino
quidem possidetur; sed dominus furti ac-
tione ejus nomine non tenetur, quia in po-
testatem eum non habet.

TITULUS XXXIII.

De operis Libertorum.

EGENTEM patronum libertus obliga-
tione doni, muneris et operarum, solutus,
alere cogendus est, pro modo facultatum
suarum.

INTERPRET. *Si quis ita fuerit manu-
missus, ut nec dominum, nec operas pa-
trono præstare deberet, et patronus ejus
egens fuerit effectus, eum pro modo facul-
tatum suarum pascere, et sustentare com-
pellitur.*

34. Qui a détourné sa chose ne peut
être réputé coupable de vol, que dans le
cas où cette soustraction nuit à un autre.

35. L'esclave étant en fuite appartient
toujours à son maître; cependant si cet
esclave commet un vol, son maître n'en
est pas responsable, parce qu'alors il n'est
pas en sa puissance.

TITRE XXXIII.

Des devoirs des Affranchis.

AFFRANCHI exempt envers son patron
d'aucun présent, rétributions ou services,
doit être forcé, selon sa fortune, de four-
nir des alimens à son patron s'il en a be-
soin.

INTERPRÉT. *Si un esclave a été affran-
chi sans avoir été soumis pour l'avenir à
aucune rétribution ou service au profit de
son patron, et que ce patron se trouve
après dans le besoin, l'affranchi peut, s'il
le refusait, être condamné à fournir, se-
lon ses facultés, les alimens nécessaires à
ce patron.*

JULII PAULI
SENTENTIARUM RECEPTARUM
AD FILIUM.

SOLUTIONS DE POINTS DE DROIT

UNANIMEMENT ADOPTÉES

DU TEMS DE JULES PAUL,
ET PAR LUI RECUEILLIES POUR SON FILS.

LIVRE TROISIÈME.

LIBER TERTIUS.

TITRE PREMIER.

TITULUS PRIMUS.

Sur l'édit Carbonien.

De Carboniano edicto.

UNE même action étant en même tems intentée contre un pubère et contre un impubère, il peut être indifférent de suspendre à l'égard du pubère à cause de l'impubère : on peut cependant faire juger contre le pubère seul.

INTERPRÉT. *Si quelqu'un a actionné en même tems deux frères, dont l'un soit pubère et l'autre impubère, c'est à dire, qui ait besoin du secours d'un curateur pour se défendre, que le plus âgé s'excuse de répondre à cause de la minorité de son frère, le plus âgé peut être forcé de défendre sa cause. S'il n'avait point de curateur, il peut être forcé à s'en faire donner un ; car l'adulte ne peut s'excuser de se défendre lui-même parce que son frère ne l'est pas encore.*

TITRE II.

Des biens de l'Affranchi.

1. LE patron d'un affranchi est préféré, quant à ses biens, au fils de l'autre patron. Il en est de même du fils du patron, il est préféré au neveu d'un autre patron.

SI fratri puberi controversia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat, variatum est. Sed magis est, ut differri non debeat.

INTERPRÉT. *Si quis contra duos fratres, id est, unum puberem, cujus etas curatorem habere potest, et alterum impuberem causam habeat, si frater qui senior est, propter personam fratris junioris, ne causam dicat, se voluerit excusare, ille qui senior est pro sua causa vel persona respondere compellitur. Quod etiamsi curatorem non habeat, adhibere sibi cogetur. Nam adultus se per personam pupilli penitus non excusat.*

TITULUS II.

De bonis Liberti.

§. 1. IN bonis liberti prior est patronus, quam filius alterius patroni. Itemque prior est filius patroni, quam nepos alterius patroni.

§. 2. *Libertus duos patronos heredes instituit alter eorum vivo liberto moritur, is qui superest, contra tabulas testamenti, honorum possessionem rectè postulat.*

INTERPRÉT. *Si libertus duos patronos heredes scripserit, et unus ex ipsis patronis, vivente liberto, mortuus fuerit, ad illum patronum qui superest, quod amobus dimiserat pertinebit.*

§. 3. *Libertorum hereditas in capita, non in stirpes, dividitur : et ideò si unius patroni duo sint liberti, et alterius quatuor, singuli viriles, id est, æquales portiones habebunt.*

§. 4. *Patronus, vel patroni liberi ex parte dimidia heredes instituti, æs alienum liberti pro portionibus exolvere coguntur.*

INTERPRÉT. *Si, liberto mortuo, patronus, vel patroni filii, cum secundum paginam testamenti in dimidia ejus hereditate successerint, debitum liberti pro portionum suarum quantitate restituant.*

TITULUS III.

De lege Fabiana.

ELAQUE in fraudem patroni à liberto quoquomodo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono, quàm à liberis ejus revocantur.

INTERPRÉT. *Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienaverit, ne ad patronum, vel filios patroni inter hereditaria corpora perveniant, id quod hoc ordine per fraudem alienatum constiterit, potest à patrono, vel à filiis ipsius revocari.*

2. Si un affranchi a institué pour ses héritiers deux patrons, l'un d'eux étant décédé du vivant de cet affranchi, le survivant peut, malgré ce que porte le testament, réclamer pour lui seul la totalité des biens de l'affranchi.

INTERPRÉT. *Un affranchi ayant institué ses deux patrons pour héritiers, celui des deux qui survit à cet affranchi doit seul recueillir ce qu'il avait légué à tous deux.*

3. La succession des affranchis se partage par têtes et non par souches ; c'est pour cela que, lorsqu'il s'agit de partager entre affranchis de deux patrons, l'un des deux n'ayant que deux affranchis et l'autre quatre, la succession se partage par portions viriles, de façon que chacun d'eux en ait une part égale.

4. La succession d'un affranchi ayant été léguée une moitié au patron et l'autre à ses enfans, le patron et ses enfans supportent les dettes de cette succession en proportion.

INTERPRÉT. *Si un patron d'une part, et ses fils de l'autre, ont été institués les héritiers pour moitié par un affranchi, après la mort de celui-ci, le père et ses enfans doivent payer les dettes de la succession en proportion de ce qui leur en est revenu à chacun.*

TITRE III.

De la loi Fabienne.

CE qui a été vendu, de quelque manière que ce soit, par un affranchi, en fraude des droits de son patron, peut être revendiqué, tant par le patron que par les enfans de ce dernier.

INTERPRÉT. *Si un affranchi n'a aliéné une partie de ses biens que dans l'intention d'en priver son patron ou ses enfans auxquels sa succession doit parvenir ; ce patron ou ses enfans pourront revendiquer tout ce qu'ils prouveront avoir été aliéné ainsi pour les frustrer.*

TITRE IV.

Des Testamens.

1. LES mâles âgés de quatorze ans accomplis peuvent faire leur testament, les femmes le peuvent à douze ans accomplis.

2. Les-eunuques, ou impuissans, peuvent aussi tester au tems ordinaire de la puberté, c'est-à-dire à dix-huit ans.

3. Le fils de famille qui a servi dans les armées peut, de droit commun et de celui qui lui est personnel, léguer par testament son pécule militaire. Le pécule militaire se compose de tout ce qu'on a acquis en servant à l'armée, ainsi que de ce qu'on a reçu avant son départ pour le service.

4. L'aveugle peut tester, parce qu'il peut être instruit qu'il a testé en présence de témoins, et les avoir entendus témoigner de son fait.

5. Le fou par intervalles peut tester dans ses momens lucides.

6. On peut interdire à la femme vivant dans la débauche, la disposition de ses biens.

7. Interdiction d'office, par motif de mauvaises mœurs, peut être prononcée par le préteur, par cette formule : *Parce que par vos méfaits vous perdez les biens qui vous ont été transmis par vos pères ou vos aïeux, et que vous pourriez réduire vos enfans à la plus extrême pauvreté ; pour cela seul je vous interdis de la gestion de vos biens et de toute espèce de commerce.*

8. Celui qui a été pris par les ennemis ne peut faire son testament tant qu'il est esclave. Testament fait avant sa captivité est valable de droit s'il regagne le territoire Romain, ou du bénéfice de la loi Cornélia, concernant les tutelles légitimes et les successions.

INTERPRÉT. *Celui qui a été pris par les ennemis, étant en captivité, ne peut faire son testament, parce qu'il est esclave ; mais s'il l'a fait avant, et qu'il revienne, ce testament vaudra. Il vaudra aussi dans le cas qu'il vienne à mourir prisonnier de guerre.*

9. Le relégué dans une île et le condamné à tems aux travaux publics, peuvent faire leur testament et profiter de ce-

TITULUS IV.

De Testamentis.

§. 1. TESTAMENTUM facere possunt masculi post completum quatuordecimum annum, feminae post duodecimum.

§. 2. Spadones eo tempore testamentum facere possunt quo plerique pubescunt, id est, annorum decimo octavo.

§. 3. Filiusfamilias, qui militavit, de castrensi peculio tam communi, quam proprio jure testamentum facere potest. Castrense enim peculium est, quod in castris adquiritur, vel quod proficiscenti ad militiam datur.

§. 4. Caecus testamentum facere potest, quia scire potest adhibitos testes, et audire sibi testimonium perhibentes.

§. 5. Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest.

§. 6. Mulieri, quæ luxuriosè vivit, bonis interdicti potest.

§. 7. Moribus per prætorem bonis interdicitur, hoc modo : *Quando tibi bona paterna, avitæque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re, commercioque interdico.*

§. 8. Qui ab hostibus captus est, testamentum quasi servus facere non potest. Sanè valet testamentum id, quod ante captivitatem factum est, si revertatur, jure postliminii : aut si ibidem decedat beneficio legis Corneliæ : qua lege etiam legitimæ tutelæ, hereditatesque firmantur.

INTERPRÉT. *Qui ab hostibus captus fuerit, in captivitate positus, quia servus est, non potest facere testamentum. Sed si quod testamentum ante fecit, si redierit, jure postliminii valet. Si ibidem defecerit, beneficio legis Corneliæ valet.*

§. 9. In insulam relegatus, et in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet civitatem, testamentum facere potest,

et ex testamento capere.

INTERPRET. *Qui pro aliquo crimine ad tempus aut in insulam relegatur, aut in metallum deputatur, quia perpetuam damnationem non habet, et testamentum facere potest, et si quid ei ex testamento relictum fuerit, obtinebit.*

§. 10. Plures, quàm septem ad testamentum adhibiti non nocent. Superflua enim facta prodesse, juri tantùm nocere non possunt.

§. 11. In adversa corporis valetudine mente captus, eodem tempore testamentum facere non potest.

§. 12. Prodigus recepta vitæ sanitate, ad bonos mores reversus, et testamentum facere, et ad testamenti solennia adhiberi potest.

§. 13. Ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sint, qui latine nesciant, vel non intelligant, si tamen sentiant, cujus rei inter sint adhibiti, non vitiant testamentum.

TITULUS V.

De institutione Heredum.

§. 1. **CONDITIONUM** duo sunt genera : aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis, quæ per rerum naturam admitti potest : impossibilis, quæ non potest. Quorum altera ex eventu expectatur, altera impossibilis submovetur.

INTERPRET. *Si aliquis in testamento suo conditionem heredi constituat, quam priùs impleat, quam hereditatem præsumat, meritò ad eam implendam, quia possibilis videtur, expectandum tempus est, ut non præsumatur hereditas, quamdiu conditio impleatur. Nam si impossibile aliquid heredi fuerit injunctum, quod impleri penitè non potest, talis conditio statim submovenda est : quia nullum scripto heredi impedimentum facit.*

§. 2. Conditiones contra leges, et decreta principum, vel bonos mores, adscriptæ nullius momenti sunt, veluti, si

lui fait à leur profit, parce qu'ils n'ont pas perdu les droits de cité.

INTERPRÉT. *Celui qui a été, pour quelque crime et seulement pour un tems, relégué dans une île ou condamné aux mines, peut, parce qu'il n'a pas été condamné à une peine perpétuelle, faire son testament et profiter de celui d'autrui.*

10. Testament peut être fait en présence de plus de sept témoins : ce qui est de trop en droit peut profiter et non nuire.

11. Qui ne possède pas toute sa raison étant en maladie, ne peut faire son testament.

12. Prodigue qui a cessé de l'être et en est revenu aux bonnes mœurs, peut faire son testament et concourir à la solennité de celui d'autrui.

13. Si parmi les témoins d'un testament il s'en trouve qui ne parlent pas latin, ou qui même ne l'entendent pas, leur présence ne viciera pas le testament, pourvu qu'ils sachent pourquoi ils y assistent.

TITRE V.

De l'institution des Héritiers.

1. **CONDITION** est de deux espèces : l'une possible, l'autre impossible ; la condition possible est celle qui d'après le cours ordinaire peut paraître telle ; l'impossible, celle qui y est opposée ; l'une dépend d'un événement futur, on ne tient aucun compte de l'autre.

INTERPRÉT. *Si un héritier a été institué sous une condition à remplir avant de pouvoir profiter de la succession, il est juste qu'il attende que cette condition soit échuë si elle est possible. Il ne pourra s'emparer de cette succession avant qu'elle ait été accomplie. Mais si, pour condition, il a été prescrit à l'héritier une chose impossible, c'est-à-dire telle qu'il ne puisse la remplir, il faudra n'y avoir aucun égard ; une telle condition écrite ne fait pas obstacle à l'exercice actuel des droits de l'héritier.*

2. Les conditions contraires aux lois, aux décrets des empereurs et aux bonnes mœurs, telles que : *Si vous ne vous mariez pas*

pas, si vous n'avez pas d'enfans, si vous commettez un homicide, si vous ne paraissez jamais en public que masqué, et autres semblables, sont toujours nulles.

3. Une institution d'héritier ne vaut qu'autant qu'il ne peut y avoir aucun doute sur la personne nommée : c'est ce qui peut ne pas être, lorsque le testateur a plusieurs amis portant le même nom.

INTERPRÉT. *Toutes les fois que l'indication de l'héritier institué par testament n'est pas évidente, il y a incertitude d'héritier. C'est ce qui arrive, lorsque le testateur, ayant plusieurs amis du même nom, a écrit ce nom sans désignation propre à faire précisément connaître celui d'entre ses amis, portant ce nom, qu'il a réellement voulu nommer pour son héritier.*

4. Les héritiers sont ou institués ou substitués. Les institués sont les premiers dénommés; les substitués, les seconds; les troisièmes sont les écrits.

INTERPRÉT. *Ceux qui font leur testament, peuvent ou instituer ou substituer leurs héritiers. Les premiers s'appellent les institués; les seconds, les substitués; les troisièmes, les écrits. Il n'est permis de substituer que du premier au troisième. Pour que, selon que l'a voulu le testateur, une substitution ait son effet, il faut qu'elle soit faite de manière que le testateur ayant d'abord commis toute l'hérédité à la seule foi d'un héritier, il soit évident, de quelque termes au surplus que ce soit servi le testateur, que son intention a été que sa succession fût remise par l'institué au substitué.*

5. On peut substituer simplement ou sous condition qui l'on veut, parens ou non, pubères ou impubères.

INTERPRÉT. *La substitution simple, c'est-à-dire qui n'a pas été faite sous condition, est celle en vertu de laquelle la succession remise au substitué ne doit pas être par lui aussi remise à un troisième héritier. La substitution est faite sous condition, lorsqu'il est dit au testament que celui qui a eu le premier la succession étant mort, elle doit parvenir à un troisième. Cette substitution peut être faite à nos héritiers de droit aussi bien qu'à des étrangers, à des pubères aussi bien qu'à des impu-*

uxorem non duxeris, si filios non susceperis; si homicidium feceris, si larvati habitu processeris, et his similia.

§. 3. Quoties non apparet, quis sit heres institutus, institutio non valet. Quod evenit, si testator plures amicos unius nominis habeat.

INTERPRÉT. *Quoties in testamento heres evidenter qui sit scriptus non exprimitur, nulla firmitas est heredis: nam si evenit, ut testatori amici plures uno nomine nuncupentur, debet testator, quem de illis heredem appellat, rebus evidenti-bus declarare.*

§. 4. Heredes aut instituti, aut substituti dicuntur. Instituuntur primo gradu: substituantur secundo, vel tertio scripti.

INTERPRÉT. *Qui testamenta faciunt, sicut instituere heredes, ita et substituere possunt. Nam qui primo gradu heredes scripti sunt, instituti appellantur: qui secundo substituti: qui tertio, scripti vocantur. Quia usque ad tertium gradum heredes substituere, pro testatoris voluntate permissum est: hoc est, ut secundum voluntatem testatoris ita substitutio ordinata servetur, ea tamen ratione, ut sicut committitur fidei heredis, sic quibuscunque verbis testator injunxerit, hereditas defuncti ab instituto ad substitutum valeat pervenire.*

§. 5. Substituere quis et purè et sub conditione potest, et tam suis, quàm extraneis; tam puberibus, quàm impuberibus.

INTERPRÉT. *Substitutio et purè, id est, sine conditione fieri potest: hoc est, ut cum ad substitutum hereditas pervenerit, ad tertium heredem non debeat pervenire. Sub conditione autem ita quis substituitur, ut cum ille mortuus fuerit, ad tertium heredem, id est, scriptum, hereditas quæ est ab eo tenta, perveniat. Quæ tamen substitutio tam in suos heredes, quàm in alienos, et tam puberes, quàm impuberes fieri potest: hoc est, et in pupillos, et in adultos.*

§. 6. In quot vult uncias testator hereditatem suam dividere potest. Impleto asse, sine parte heredes instituti ad prioris assis semissem acquis portionibus veniunt.

INTERPRET. *In quot vult uncias testator assem suum per diversos heredes dividere potest, ut faciat si voluerit, et quindecim et viginti uncias, et majori numero. Aut certè, si voluerit, et minori potest, hoc est, aut septem, aut novem. Aut quot voluerit in minori modo uncias facere potest. Si verò duodecim uncias impleverit, id est, totum assem in testamento suo, et postmodum alteri dicat : Ille heres mihi esto, et non dicat in quot uncias : quia nihil impleto asse in hereditate remansit, illi, qui in duodecim uncias heredes nominatim instituti sunt, medietatem tollunt, et medietatem ille, qui post impletum assem heres est posterior sine portione aliqua nominatus. Quòd si heredes instituti in duodecim uncias inveniantur, et postmodum heredem his verbis testator instituat, ut dicat : Ex reliqua parte ille heres mihi esto, ei qui sic institutus est, nihil debetur, quia impleto asse, nihil quod ei testator reliquerit, dinoscitur remansisse.*

§. 7. Servus alienus cum libertate heres institutus, institutionem non infirmat ; sed libertas, ut alieno, supervacue data videtur.

INTERPRET. *Si servum alienum aliquis, data libertate, heredem instituerit, insti-*

bères, c'est-à-dire à des pupilles ou à des adultes.

6. Tout testateur peut partager la masse de son bien en autant de portions qu'il le juge à propos. S'il dispose d'abord de toutes les parts qu'il en a faites, sans en assigner une à l'héritier institué, chacun des dénommés avant l'héritier partage avec lui à parts égales.

INTERPRÉT. *Le testateur a le droit de donner autant de parts de sa succession qu'il le veut à chacun de ses héritiers. Il peut diviser sa succession en quinze ou vingt parts, et même en faire un plus grand nombre s'il le veut. Il peut de même la diviser en un moindre nombre de parts, telles qu'en sept, ou enfin en faire, s'il lui plaît, un plus petit nombre. Si ayant divisé sa succession en douze parts, par exemple, elles se trouvent toutes épuisées par des assignations particulières, et qu'ensuite le testament porte, qu'un tel soit mon héritier, sans indiquer sa portion ; parce qu'alors il ne restera rien pour lui, tous ceux qui auront été avant lui institués héritiers d'un nombre quelconque des douze parts par lui faites de sa succession, n'en retiendront chacun que la moitié, l'autre moitié appartiendra à celui qui n'aura été institué héritier que le dernier, et sans qu'il lui ait été assigné aucune part dans celles déjà assignées à chacun des autres. Mais si le testateur, après avoir distribué entre des héritiers d'abord nommés la totalité des douze parts qu'il a faites, et qu'ensuite ayant encore institué un autre héritier, il ait dit, quant au surplus, qu'un tel soit mon héritier ; les autres n'auront rien à lui rendre, parce que la totalité de la succession étant épuisée, il résultera des expressions mêmes employées par le testateur, qu'il n'a voulu lui rien laisser de ce qu'il avait donné aux autres, ou plutôt qu'il ne lui a effectivement rien laissé.*

7. Si en instituant pour son héritier l'esclave d'autrui, on a déclaré qu'on lui donnait la liberté, l'institution sera valable ; quoique le don de liberté fait à cet esclave, n'appartenant pas au testateur, puisse n'avoir aucun effet.

INTERPRÉT. *Si on a institué pour héritier l'esclave d'un autre, en lui donnant*

en même tems la liberté, l'institution ainsi faite sera bonne, quand bien même le don de sa liberté ne pourrait pas lui profiter.

8. Un étranger ayant été institué héritier avec le fils, et à parts égales; si la fille oubliée réclame, elle reprendra autant de son frère que de l'étranger; si ce sont deux fils qui sont héritiers, elle aura de ses frères le tiers et de l'étranger la moitié.

INTERPRÉT. *Si un père a nommé par testament pour héritiers de toute sa succession son fils et un étranger, chacun à part égale, sa fille, à laquelle il n'aura rien laissé, aura droit de reprendre autant de la portion de son frère que de celle de l'étranger. Si deux fils ont été institués héritiers, elle aura le tiers de leurs deux parts, et la moitié de celle de l'étranger.*

9. L'institution d'héritiers posthumes est celle-ci : *Si des posthumes naissent après ma mort, qu'ils soient mes héritiers; naissance d'enfant du vivant de celui qui a ainsi testé, annule son testament.*

INTERPRÉT. *Lorsqu'il aura été écrit au testament du père mourant, et sachant que sa femme est enceinte, s'il me survient des enfans après ma mort, qu'ils soient mes héritiers; si après sa mort il lui naît des enfans, son testament tiendra. Mais si après avoir écrit ce testament, l'enfant vient au monde du vivant de son père, et que celui-ci ne le change pas, dans ce cas, les enfans étant ainsi nés auront annullé le testament.*

10. Le petit-fils posthume qui a droit de succéder par représentation de son père, doit être institué héritier, ou nommément déshérité par son aïeul; autrement s'il naît du vivant de son grand-père il annullera le testament.

11. Qui a par lui-même une fois réalisé son droit à une succession, en usant et disposant des choses dont elle se compose, ne peut plus la répudier, quand même elle lui serait onéreuse.

TITRE VI.

Sur le sénatus-consulte Sillanien.

1. IL suffit qu'on présume que le défunt a été tué par sa famille, pour qu'aucun des

tutio quidem facta valebit, sed libertas alieno servo data valere non poterit.

§. 8. *Filio et extraneo æquis partibus heredibus institutis, si præterita adcrecat, tantum de suo avocabit, quantum extraneo. Si verò duo sint filii instituti, suis tertiam, extraneis dimidiam tollit.*

INTERPRÉT. *Si quis filium suum et extraneum a quis partibus testamento scribat heredes, filia prætermissa tantum de portione germani sui, quantum de extraneis revocabit. Si verò duo filii fuerint heredes scripti, filia prætermissa duobus fratribus tertiam tollit, et extraneis dimidiam.*

§. 9. *Talis est posthuminum institutio, si qui post mortem meam posthumi nati fuerint, heredes sunt: si vivo eo nascantur, rumpunt testamentum.*

INTERPRÉT. *Si pater moriens, in testamento suo, sciens uxorem se prægnantem habere, ita scribat: ut, si qui filii post mortem ipsius nati fuerint, heredes sint. Si post mortem patris nati fuerint, valeat testamentum. Nam si post testamentum vivo patre nati fuerint, et testamentum pater non mutaverit, rumpunt testamentum.*

§. 10. *Nepos posthumus, qui in locum patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est, aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum.*

§. 11. *Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, ac se rebus ejus immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.*

TITULUS VI.

Ad senatusconsultum Syllanianum.

§. 1. **H**EREDITAS ejus, qui à familia occisus esse dicitur, ante habitam quæ-

tionem adiri non potest, neque bonorum possessio postulari.

INTERPRET. Quicumque à familia sua occisus fuerit, hereditas illius ab h-erede adiri non potest, nisi priùs de familia quæstio fuerit ventilata, et mors occisi fuerit vindicata.

§. 2. Occisus videtur non tantùm qui per vim, aut per cædem interfectus est, vel jugulatus, aut præcipitatus, sed et is, qui veneno necatus dicitur: honestari enim heredis convenit, qualemcumque mortem testatoris in nullam non prætermittere.

§. 3. Domino occiso, de ea familia quæstio habenda est, quæ intra tectum fuerit, vel certè extra tectum cum domino eo tempore, cùm occidebatur.

§. 4. Qui occisus dicitur, si constet eum sibi quoquomodo manus intulisse, de familia ejus quæstio non est habenda, nisi fortè prohibere potuit, nec prohibuit.

§. 5. Neroniano senatusconsulto cavetur, ut occisa uxore, etiam de familia viri quæstio habeatur: idemque juxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus.

§. 6. Servi, qui sub eodem tecto fuerint, ubi dominus probatur occisus, et torquentur, et puniuntur, etsi testamento occisi manumissi dicantur. Sed et hi torquentur, qui cum occiso in itinere fuerunt.

§. 7. Servi de proximo, si cùm possent ferre, auditis clamoribus auxilium domino

héritiers ne puisse se mettre ni être envoyé en possession de sa succession, avant que ce soupçon ait été vérifié.

INTERPRÉT. Héritier ne peut se mettre en possession de la succession du défunt qui est présumé avoir été tué par sa famille, avant que le doute n'ait été résolu en faveur de sa famille, ou avant que la mort de ce défunt n'ait été vengée.

Nota. Ici, comme dans beaucoup d'autres cas, il faut entendre non-seulement la femme, les enfans mariés ou non, mais aussi les esclaves, les affranchis, en un mot, tous ceux sur lesquels s'étendait de droit chez les Romains, la puissance du chef de maisons. L'ensemble de tous ces êtres dépendans absolument de lui, était ce qu'on appelait généralement sa famille.

2. Le défunt est censé avoir été tué, non-seulement lorsque le meurtre est évident, ainsi que lorsqu'il a été trouvé égorgé ou au fond d'un précipice, mais encore lorsqu'on le dit avoir été empoisonné, ou qu'on peut croire que sa mort n'a été que le résultat de quelque violence exercée à dessein de la lui donner; de quelque façon qu'il ait été privé la vie, il est de l'honneur de l'héritier de venger sa mort.

3. Un maître ayant été tué, on doit s'informer à sa famille de ceux qui étaient dehors ou dans sa maison à l'instant où l'on peut présumer qu'il a été tué.

4. S'il est prouvé que celui qu'on dit avoir été tué, s'est tué de sa propre main, quel qu'ait été le genre de sa mort, il n'est pas nécessaire de faire aucune information contre sa famille, à moins qu'ayant pu l'empêcher d'attenter à sa vie, ou ne l'en ait pas empêché.

5. Le sénatus-consulte Néronien veut que, lorsqu'il s'agira du meurtre de la femme, on examine aussi la famille du mari; et qu'il en soit de même à l'égard de la famille de la femme, s'il s'agit du meurtre du mari.

6. Les esclaves qui étaient dans la maison où il est prouvé que leur maître a été tué, doivent être torturés et punis, quand même le défunt les aurait affranchis par testament; on doit aussi torturer ceux qui l'accompagnaient sur la route où il a été tué.

7. Les esclaves assez près du lieu du meurtre, qui auraient pu prêter leur se-

cours au premier appel, et n'y auraient pas aussitôt volé, doivent être punis.

8. Il a été décidé que les esclaves qui ont fuit et ainsi abandonné leur maître à des voleurs dont il aurait été assailli sur un chemin où ils se trouvaient avec lui, doivent, s'ils sont repris, être torturés et même punis de mort.

9. Il y aura lieu à information contre la famille, si l'héritier passe pour être l'assassin du testateur, que cet héritier soit un de ses enfans ou un étranger.

10. Toute succession est enlevée par le fisc, comme à indignes, à ceux qui, de préférence, n'auront songé qu'à s'emparer de la succession *ab intestat* de celui qui aurait été tué, ou qu'à accepter l'envoi en possession de ses biens, prononcé en leur faveur d'après l'ouverture des tablettes contenant son testament. Il y a plus, ils doivent être condamnés en cent mille sesterces d'amende, sans qu'il soit auparavant besoin de savoir par qui, ni comment, ce père de famille a été tué.

11. Tel est l'ordre à suivre en information, tendant à savoir par qui a été tué un maître qui passe pour l'avoir été. Il faut d'abord constater que ce maître a été tué, ensuite examiner quels sont ceux qu'il peut être utile et permis d'interroger sur ce fait, et s'il y a lieu à informer contre les coupables. Il faut aussi observer cette règle quant à l'interrogatoire à faire subir aux coupables.

12. Quand le meurtrier aurait été indubitablement reconnu, il ne faudra pas moins, dans la vue de découvrir celui qui aurait fait commettre le crime, interroger la famille.

13. Héritiers institués qui ne se conforment pas à la volonté du testateur, sont privés de sa succession comme en étant indignes, si le testament n'a rien ordonné en fraude de la loi.

INTERPRÉT. *Lorsqu'un testament ne contient rien de contraire à la loi, l'héritier qui y est nommé doit entièrement se conformer à la dernière volonté du défunt, à peine de se voir enlever la succession, comme à un indigne.*

14. Quoiqu'un testament ait été attaqué comme faux, comme rompu ou comme nul

non tulerunt, puniuntur.

§. 8. *Servos, qui in itinere circumdatum à latronibus dominum per fugam deseruerunt, apprehensos et torqueri, et summo supplicio affici placuit.*

§. 9. *Habebitur de familia quæstio, et si heres testatorem occidisse dicatur: nec interest, extraneus, an ex liberis sit.*

§. 10. *Hereditas à fisco ut indignis aufertur his primùm qui cùm interfectus esset testator, apertis tabulis testamenti vel ab intestato adierunt hereditatem, bonorumve possessionem acceperunt; amplius his et in centum millia sestertiorum pœna irrogatur, nec refert à quibus paterfamilias nec quemadmodum occidatur.*

§. 11. *In disponenda eorum quæstione quorum dominus dicitur interemptus, hic ordo servatur, primùm ut constet occisum dominum, deinde ut liqueat de quibus ea quæstio habenda sit, atque ita de reis inquirendum.*

§. 12. *Et si percussor certus sit, tamen de familia habenda quæstio est, ut cædis mandator inveniri possit.*

§. 13. *Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis aufertur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.*

INTERPRÉT. *Heredi scripto, qui aliquid contra ultimam defuncti fecerit voluntatem, ut indigno aufertur hereditas: si tamen nihil contra leges in ejus testamento fuerit comprehensum.*

§. 14. *Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum, salva*

eorum disceptatione, scriptus heres jure in possessionem mitti desiderat.

§. 15. Si inter heredem institutum, et substitutum controversia sit, magis placuit eum in possessionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus est.

INTERPRÉT. *Si inter institutum et substitutum heredem intentio de hereditate nata fuerit, ille in possessionem rerum hereditariarum mittendus est, qui institutus magis probatur, quam is qui legitur substitutus.*

§. 16. Scriptus heres, ut statim in possessionem mittatur, jure desiderat. Hoc post annum impetrare non poterit.

§. 17. In eo testamento heres scriptus, quod neque ut oportuit, oblatum, nec publice recitatum est, heres scriptus in possessionem mitti frustrâ desiderat.

§. 18. In possessionem earum rerum, quas mortis tempore testator non possedit, heres scriptus priusquam jure ordinario experiatur, improbè mitti desiderat.

TITULUS VII.

De legatis.

§. 1. **P**ER præceptionem uni ex heredibus nummi legati, qui domi non erant, officio judicis familiæ eriscundæ, à coheredibus præstabuntur.

INTERPRÉT. *Si testator uni ex heredibus pecuniam, quam in substantia non reliquit, dari præceperit, nummi qui in legato relictî sunt, legatario tempore divisionis, à coheredibus implebuntur.*

§. 2. Ante heredis institutionem legari non potest: inter medias heredum institutiones, sive alter, sive uterque adeat, potest. Interdum dimidium, interdum totum debetur: dimidium, si per vendicationem legatum sit totum, si per damnationem.

§. 3. Post diem legati cedentem actio quæ inchoata non est, ad heredem non

de fait, l'héritier nommé peut requérir l'envoi en possession, tout demeurant en état quant à la contestation à juger.

15. En cas de contestation entre l'héritier institué et le substitué, c'est toujours le premier nommé au testament qui doit être envoyé en possession.

INTERPRÉT. *Si l'institué et le substitué se disputent entre eux sur la question de savoir qui des deux doit être mis en possession de l'hérité, la possession sera accordée à l'institué, parce que son droit est de fait plus certain que celui de l'institué, qui ne peut exister que par suite de l'institution.*

16. Celui qui a été nommé héritier a droit de se faire envoyer sur le champ en possession; s'il attend plus d'un an il ne pourra plus l'être.

17. Tant que le testament n'a pas encore été convenablement présenté ni publié, l'héritier nommé ne peut être envoyé en possession.

18. L'héritier ne peut être envoyé en possession des choses que le testateur n'a pas possédées avant son décès, à moins qu'il n'ait prouvé qu'elles lui appartenaient.

TITRE VII.

Des Legs.

1. **S**IL a été légué à un des héritiers une somme d'argent qu'on n'aura pas trouvée chez le défunt, il lui en sera fait raison par ses cohéritiers lors du partage des biens de la succession.

INTERPRÉT. *Si le testateur a ordonné de compter à l'un des héritiers de l'argent, quoiqu'il n'en ait pas laissé, ce légataire touchera la somme à lui léguée des autres cohéritiers lors du partage.*

2. On ne peut faire aucun legs avant d'avoir institué un héritier; si on a institué plusieurs héritiers, on peut léguer sur l'un ou sur tous deux. Legs est dû par portion sou en totalité: il est dû par portions, lorsque le légataire a droit de le répéter contre plusieurs institués, ou lorsqu'ils ont tous reçu ordre de le délivrer.

3. L'action du légataire en réclamation de son legs ne passe pas à son héritier, à

moins qu'elle n'ait été intentée par le légataire.

4. On peut léguer à l'esclave commun, en lui donnant en même tems, ou ne lui donnant pas sa liberté, le tout tourne au profit de l'associé du testateur.

5. Legs fait après le décès de l'héritier est nul, parce que héritier d'héritier ne peut rien laisser.

INTERPRÉT. *Il est constant en point de droit, que legs fait pour n'être acquitté que par l'héritier d'héritier, ne vaut pas, parce qu'il n'est pas sûr que l'héritier institué laisse lui-même un héritier.*

6. Les legs peuvent être confirmés pour cause de mort du testateur et de l'héritier, de cette seule manière : *Je donne et lègue à Titius Lucius, même en cas de mort de mon héritier ; ou bien, je veux que mon héritier donne.*

INTERPRÉT. *Si le testateur a enjoint à son héritier institué de délivrer, même à l'instaut de sa mort, au légataire, le legs qu'il lui a fait, le legs vaudra.*

7. Tout legs qui peut être répété par le légataire, passe à l'héritier du légataire quand il n'aurait pas été déjà établi que ce legs appartenait à ce légataire, c'est-à-dire, dans le cas où le légataire serait décédé après l'ouverture du testament, mais avant que l'héritier ne se fût mis en possession.

INTERPRÉT. *Il est de droit que tout legs qui pouvait être répété, c'est à dire, exigé à volonté de l'héritier, et qui ne l'a pas été, peut être réclamé par l'héritier du légataire.*

8. Si chose obligée à créancier pour cause connue du testateur, lui a été léguée par ce dernier, avec ordre à l'héritier de la lui donner, la dette n'en sera pas moins due par l'héritier.

INTERPRÉT. *Si un débiteur ayant nant son créancier d'un gage, ordonne par son testament que ce gage sera donné par son héritier à ce créancier à titre de legs, le créancier deviendra propriétaire du gage à cause du testament, et n'en recevra pas moins de l'héritier ce qui lui est dû par le testateur.*

9. Si l'esclave légué vient à mourir par accident, la perte est pour le légataire ;

transmittitur.

§. 4. *Communi servo cum libertate, et sine libertate legari potest, totumque legatum socio testatoris adquiretur.*

§. 5. *Post mortem heredis legari non potest, quia nihil ab herede heredis relinquitur potest.*

INTERPRÉT. *Constitutum est, ut si quis heredi suo injunxerit, ut ejus heres cui dixerit solvat, hæc conditio valere non debeat : quia ille qui heres relinquitur, quem sit heredem habiturus incertum est.*

§. 6. *In mortis tempus tam suæ, quam heredis ejus legata confirmari possunt, hoc modo : Lucio Titio cum morietur, do, lego. Aut, heres meus dare damnas esto.*

INTERPRÉT. *Si quis faciens testamentum injungat heredi, ut tempore, quo ipse heres moritur, legatum legatario tradat, valet legatum.*

§. 7. *Per vindicationem legatum, etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum transmittit.*

INTERPRÉT. *Constitutum est, ut legatum vindicationis, id est, quod non expectato herede legatarius præsumit, etiam non præsumptum à legatarii herede præsumatur.*

§. 8. *Si res obligata creditori, cujus causam testator non ignoravit, per damnationem legata sit, luitio ad heredis sollicitudinem spectat.*

INTERPRÉT. *Si pro debito pignus depositum fuerit creditori, et testamento suo debitor id quod pignus deposuerat, per damnationem ipsi creditori legati titulo derelinquat, creditor secundum testamentum legatum possidet, et debitum ab heredibus recipiet testatoris.*

§. 9. *Servo fataliter interempto, legatarii damnum est ; quia legatum nulla culpa*

heredis intercidit.

INTERPRET. *Servus nominatim legati titulo dimissus : si mortuus fuerit , legatario non debetur.*

§. 10. Damuari heres potest , ut alicui domum extruat , aut ære alieno eum liberet.

§. 11. Sinendi modo tam corporales res , quàm quæ in jure consistunt , legari possunt : et ideò debitori id quod debet rectè legatur.

§. 12. Ejus rei , quæ legata est , exemplo heredis partem agnoscere , partem repudiare legatarius non potest.

§. 13. Legatum , nisi certæ rei sit , et ad certam personam deferatur , nullius est momenti.

§. 14. Si quis sibi et Titio legatum adscripserit , magis est , ut totum legatum ad conjunctum pertinere.

INTERPRET. *Si quis sibi et alii in alterius testamento legatum conscripserit , ad illum quem sibi adjunxerit , magis quàm ad eum qui pro se scripserit , totum legatum poterit pertinere.*

§. 15. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripserit , ut suspectus à tutela removendus est , ad quam ultrò videtur affectasse.

§. 16. Rem legatam testator si postea pignori , vel fiduciæ dederit , ex eo voluntatem mutasse non videtur.

§. 17. Ususfructus uniuscujusque rei legari potest , et aut ipso jure constituetur , aut per heredem præstabitur. Ex causa quidem damnationis per heredem præstabitur , ipso autem jure per vindicationem.

§. 18. Furiosi , et ægrotantis , et infantis ususfructus utiliter relinquitur. Horum enim alius respiscere , alius convalescere , alius crescere potest.

parce qu'alors il n'y a pas de la faute de l'héritier.

INTERPRÉT. *L'esclave nommément légué venant à mourir , n'est pas dû au légataire.*

10. Il peut être enjoint à l'héritier de bâtir une maison pour quelqu'un ou de payer sa dette.

11. On peut léguer par forme d'abandon toutes choses corporelles et autres , celles qui ne consistent qu'en droit à exercer. En conséquence d'un tel legs , le débiteur de la chose ou du droit en est libéré.

12. Le légataire ne peut , ainsi que l'héritier , accepter une partie de ce qui lui a été légué et répudier le reste.

13. Legs de chose non certaine à personne non précisément indiquée , ne vaut en aucun tems.

14. Legs fait à soi-même et à Titius , appartient de préférence nécessaire en totalité à ce dernier , quoique fait conjointement.

INTERPRÉT. *S'il est écrit en testament que la chose a été léguée à soi-même et à un autre , il est plus raisonnable que la chose léguée appartienne en totalité à celui que le testateur se sera exprès adjoint , qu'à ce testateur qui se serait lui-même aussi constitué son légataire.*

15. Héritier qui , en cette seule qualité , aura agi comme tuteur de l'enfant impubère du testateur , ne peut être nommé à cette fonction , par cela seul qu'il pourra être soupçonné de l'avoir trop désirée.

16. De ce que le testateur ayant légué quelque chose , l'aura depuis mise en gage ou autrement affectée de garantie , il ne résultera pas que ce testateur n'ait pas persisté dans sa première volonté.

17. On peut léguer l'usufruit de telle ou telle chose , l'usufruit appartient de droit au légataire , ou doit lui être abandonné par l'héritier : si c'est par injonction faite à l'héritier que l'usufruit a été légué , c'est à l'héritier à le remettre au légataire ; si c'est en simple don qu'il a été légué il est acquis de droit au légataire.

18. Usufruit est valablement légué , à un fou , à un malade ou à un enfant , parce que le fou peut recouvrer la raison , le malade guérir , et l'enfant être élevé.

19. Si

19. Si l'on a légué l'usufruit d'une esclave, ses enfans n'appartiennent point à l'usufruitier.

20. Si c'est l'usufruit d'un troupeau qu'on a légué, les petits qui en naissent appartiennent à l'usufruitier, tant que le troupeau est aussi complet qu'il l'était lorsque le legs a commencé à avoir son effet ; au surplus il doit toujours être complet au moyen des naissances.

21. Si l'usufruit légué s'applique à un espace vide, on ne peut y bâtir.

22. Accession survenue par alluvions à un terrain légué en usufruit, n'est pas sujet à l'usufruit, parce que cette accession n'est pas fruit de fonds ; cependant le produit de la chasse du gibier courant ou volant appartient à l'usufruitier.

23. L'usufruitier ne peut ni torturer ni fouetter les esclaves dont il jouit jusqu'à les déprécier.

24. Lorsque le droit de jouir a été omis, le legs de fruit existant, la loi veut qu'il y soit réuni ; parce que léguer un fruit sans droit d'en jouir n'est pas admissible.

25. Si les fruits ont été légués à l'un et l'usage à l'autre, le légataire des fruits aura aussi l'usage ; mais celui qui n'a que l'usage ne profitera pas des fruits.

INTERPRÉT. *Si on a légué une même chose à deux, quant aux fruits à l'un, quant à l'usage à l'autre, on présume que celui qui doit jouir des fruits doit aussi avoir l'usage ; et au contraire, que celui qui n'a qu'un droit d'usage, n'en a aucun aux fruits.*

26. Lorsqu'on a légué à deux conjointement un usufruit, l'un d'eux étant décédé, il appartiendra en entier à l'autre.

INTERPRÉT. *Un usufruit ayant été légué en commun à deux, et tous deux en ayant été mis en possession ; si l'un des deux meurt, il appartient en entier au survivant.*

27. On peut exiger de l'usufruitier caution de bien jouir, et le forcer d'en fournir une, de ne jouir que comme le meilleur père de famille.

28. L'usufruit éteint est réuni à la propriété. L'usufruit s'éteint de cinq manières.

§. 19. *Ancillæ usufructu legato, partus ejus ad fructuarium non pertinent.*

§. 20. *Gregis usufructu legato, grege integro manente, fœtus ad usufructuarium pertinent, salvo eo, ut quicquid gregi deperierit ex fœtibus impleatur.*

§. 21. *Aræ usufructu legato, ædificia in ea constitui non possunt.*

§. 22. *Accessio alluvionum ad fructuarium fundum, quia fructus fundi non est, non pertinet : venationis verò, et aucupii redditus ad fructuarium pertinent.*

§. 23. *Servos nec torquere, neque flagellis cadere, neque in eum casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo deteriores fiant.*

§. 24. *Fructu legato si usus non adscribatur, magis placuit usumfructum videri adscriptum. Fructus enim sine usu esse non possunt.*

§. 25. *Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrat : quod in fructu usuarius facere non potest.*

INTERPRÉT. *Si duobus ita legatur, ut alteri usus, alteri fructus legatur, relictus fructuarius, cum fructu usum præsumit, quod ei qui usum acceperit, de fructibus non licebit.*

§. 26. *Cùm conjunctim duobus usumfructum do, lego, legatum altero mortuo, ad alterum in solidum pertinebit.*

INTERPRET. *Is qui integram hereditatem fideicommissario restituit, cum quartam sibi jure concessam retinere potuerit, postea eam repetere non potest : quia nec aliquid indebitum solvit, sed integram fidem defuncto exhibuisse videtur.*

TITULUS IV.

De repudianda hereditate.

§. 1. **R**ECUSARI hereditas non tantum verbis, sed et re potest, et aliquovis indicio voluntatis.

§. 2. *Heres per magistratus municipales, ex auctoritate præsidis, fideicommissario postulante, hereditatem adire, et restituere compellitur.*

§. 3. *Fideicommissarius, si affirmet heredem nolle adire hereditatem, absente eo interponi decretum, et in possessionem mitti jure desiderat.*

INTERPRET. *Si is qui heres scriptus est, et alteri hereditatem restituere jussus est, adire hereditatem dissimulet, potest fideicommissarius obtinere, ut is, qui he-*

il est nécessaire qu'il la remette en entier au fideicommissaire ; ce fait, celui-ci qui aura eu toute l'hérédité, devra en conséquence en supporter toutes les charges.

3. La loi Falcidie, ainsi que le senatusconsulte Pégasienien, veulent que la quarte revenant à l'héritier ne soit prise que déduction faite des dettes de la succession, et des dons faits aux Dieux.

INTERPR. *La loi Falcidie et le sénatusconsulte Pégasienien veulent également que la quarte à laquelle l'héritier a droit, ne soit prise que sur le net de la succession, toutes les dettes prélevées, ainsi que les legs faits aux églises en l'honneur de Dieu.*

4. Qui pouvant retenir, en vertu du Pégasienien, la quarte sur une succession, l'a remise en totalité sans retenir cette quarte, ne peut plus la réclamer ; parce qu'il est alors plutôt considéré comme ayant préféré d'exécuter la volonté du défunt, que comme ayant payé ce qu'il ne devait pas.

INTERPRÉT. *Celui qui a remis au fideicommissaire la totalité d'une succession, lorsqu'il pouvait en retenir le quart selon son droit, ne peut plus y revenir ; car, dans ce cas, il ne peut être réputé avoir payé ce qu'il ne devait pas, mais bien avoir préféré de s'en rapporter absolument à la volonté du testateur.*

TITRE IV.

De la répudiation d'une succession.

1. **R**ÉPUDIATION de succession, résulte des paroles, des faits, et de toutes autres indices de la volonté de ne pas en profiter.

2. C'est devant les magistrats des villes et de l'autorité du président que le fideicommissaire doit traduire l'héritier, pour le forcer à prendre possession de la succession, et à la lui restituer ensuite.

3. Le fideicommissaire peut même, d'après un jugement par défaut, être envoyé en possession, en affirmant que l'héritier refuse de se saisir de la succession.

INTERPRÉT. *Si celui qui a été institué héritier, et qui doit rendre la succession à un autre, néglige de prendre possession de la succession, le fideicommissaire auquel*

quel elle doit être rendue, peut faire ordonner à l'héritier exprès institué pour ce motif, d'accepter la succession, et le faire condamner à la lui remettre.

4. Héritier ainsi forcé de se mettre en possession de la succession qu'il avait négligée à dessein, doit, selon le Trébélianien, la remettre en totalité au fidéicommissaire.

INTERPRÉT. *Si l'héritier a été forcé de recueillir une succession qu'il est obligé de restituer, il doit alors la rendre en totalité au fidéicommissaire.*

TITRE V.

Des contestations relatives à testamens inofficieux.

1. **O**N nomme inofficieux tout testament portant exhérédation d'enfans sans causes, et conséquemment contraire à l'affection naturelle des pères pour les leurs.

2. Testament de mère, fait avant la naissance de l'un de ses enfans, et qui depuis n'aura pas été changé, ainsi qu'elle le pouvait, peut être attaqué d'inofficiosité, à cause d'oubli de cet enfant.

INTERPRÉT. *Si la femme qui, avant la naissance d'un enfant, avait fait un testament ne l'a pas changé depuis, ce testament pourra être attaqué pour cause d'inofficiosité de la part de la mère.*

3. Testament par lequel l'empereur a été institué héritier, peut, comme tout autre, être attaqué d'inofficiosité. Celui qui fait les lois, doit y être soumis lui-même, à cause du respect général qui leur est dû.

4. Qui ne peut attaquer un testament d'inofficiosité, n'en a pas moins le droit de réclamer la succession par tout autre moyen.

5. Le fils auquel son père n'a réservé qu'une partie de sa succession, ne peut attaquer son testament pour cause d'inofficiosité; il importe peu que toute cette succession ait été ou non épuisée, pourvu que la quote qui doit lui en revenir, ou selon la loi Falcidie, ou selon le sénatus-consulte Pégasianien, lui ait été réservée.

res hoc ordine scriptus est, hereditatem adire, et restituere jubeatur.

§. 4. *Suspectam hereditatem adire compulsus, omnia ex Trebelliano restituit.*

INTERPRÉT. *Qui hereditatem, quam restituere jussus est, adire dubitabat, si eam fuerit compulsus suscipere, integram eam fideicommissario reformare compellitur.*

TITULUS V.

De inofficiosi querela.

§. 1. **I**NOFFICIOSUM dicitur testamentum, quod frustrà, liberis exhereditatis, non ex officio pietatis, videtur esse conscriptum.

§. 2. Post factum à matre testamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum posset, voluntate ad exemplum præteriti, inofficiosi querelam rectè instituit.

INTERPRÉT. *Si mulier post factum testamentum filium pepererit, et testamentum suum nato filio non mutaverit, filius præteritus de inofficioso matris testamento agere potest.*

§. 3. Testamentum, in quo imperator scriptus est heres, inofficiosum argui potest. Eum enim qui leges facit, pari majestate legibus obtemperare convenit.

§. 4. Qui inofficiosum dicere non potest, hereditatem petere non prohibetur.

§. 5. Filius ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest, nec interest, exhausta, nec ne sit hereditas, cum apud eum quarta aut legis Falcidiæ, aut senatusconsulti Pégasiani beneficio sit remansura.

INTERPRET. *Si pater filium heredem ex asse instituat, et per fideicommissa, aut legata ipsam hereditatem totam diversis distribuât, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest: quia quartam sibi aut per legem Falcidiam, aut per senatusconsulti beneficium retinebit.*

§. 6. Quartæ portionis portio liberis deducto ære alieno, et funeris impensa præstanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur: libertatis quoque eam portionem minuere placet.

INTERPRETAT. *Quoties filiis Falcidia computanda est de asse hereditatis, primo loco defuncti debita retrahuntur, et expensa quæ in funere ejus est præstita. Sed et collatæ libertates nihilominus debebuntur. Et sic liberis, falcidia, id est, uniuscujusque portionis quartæ portio debetur.*

§. 7. Filius in judicio patris si minus quarta portione consecutus sit, ut quarta sibi à coheredibus fratribus citra inofficiosi querelam impleatur, jure desiderat.

INTERPRET. *Filio herede scripto, cui ex ordinatione defuncti patris minus, quam quarta portionis suæ fuerit deputata, suppleri eam sibi à coheredibus fratribus jure desiderat: quia in tali casu inofficiosi actio removetur.*

§. 8. Pactio talis, ne de inofficioso testamento dicatur, querelam super judicio futuram non excludit. Meritis enim liberos, quam pactionibus astringi placuit.

INTERPRET. *Si talis pactio vivo patre inter filios fiat, ut post obitum patris de inofficioso filii non querantur, talis pactio non valebit. Sed cui competit, de inofficioso agere potest.*

§. 9. Rogatus hereditatem restituere,

INTERPRÉT. *Lorsqu'un fils n'a été institué héritier par son père que pour partie de sa succession, tout le reste étant absorbé par les legs ou fidéicommiss, ce fils ne peut se pourvoir contre le testament de son père pour cause d'inofficiosité résultante de ce qu'il ne lui réserve que la quarte que lui assure ou la loi Falcidie ou le sénatus-consulte.*

6. Pour que les enfans ne puissent pas se plaindre d'inofficiosité, il suffit qu'ils aient eu le quart de ce qui reste net d'une succession, les dettes et les frais funéraires prélevés. Le prix des libertés léguées peut aussi être pris sur la masse.

INTERPRÉT. *Toutes les fois que les enfans ne peuvent réclamer d'une succession que les trois douzièmes, il faut établir cette portion défalcation faite des dettes du défunt, des frais funéraires et même du prix des libertés léguées; c'est d'après ces opérations que la quarte doit être fixée pour chaque enfant.*

7. L'enfant à qui son père n'a pas laissé en entier sa quarte dans sa succession, doit répéter envers ses frères ce qui lui en manque; il n'y a pas lieu à contestation d'inofficiosité.

INTERPRÉT. *Un des enfans ayant été institué par son père héritier pour moins que le quart de la portion qui lui serait naturellement revenue, a droit de se faire remplir de ce qui manque pour compléter le quart de cette portion; mais non le droit d'agir pour cause d'inofficiosité.*

8. Quand même le fils se serait soumis vis-à-vis de son père à ne pas attaquer son testament d'inofficiosité, il pourra se pourvoir quand il y aura lieu. Il est de principe, quant aux successions, que le droit qu'y ont les enfans, prévaut contre toute transaction.

INTERPRÉT. *S'il avait été fait une convention entre le père et ses enfans, par laquelle ceux-ci se seraient engagés à ne pas attaquer le testament de leur père comme inofficieux, cette convention ne pourra les empêcher de se pourvoir par ce motif contre ce testament; telle convention ne vaut pas, chacun d'eux peut faire valoir son droit.*

9. Celui qui a été chargé de rendre à

un autre une succession, et qui pour cela attaque le testament d'inofficieux, ne peut empêcher l'effet du fidéicommissé ; il perd seulement la quarte qu'il aurait pu retenir en vertu du sénatus-consulte.

INTERPRÉT. *Si un défunt a chargé son héritier de rendre toute sa succession à un autre, et qu'il se pourvoie par action d'inofficieux, fondée sur l'existence du fidéicommissé, le fidéicommissé ne pourra être annullé ; mais l'héritier qui aurait pu avoir le quart du fidéicommissé en vertu du sénatus-consulte, le perdra pour n'avoir pas réclamé cette quarte conformément à cette loi.*

10. La part de l'héritier institué grevé de substitution, qui, à cause d'elle, se sera pourvu par action d'inofficieux, n'appartiendra pas au fisc, si l'héritier perd son procès, mais bien au substitué.

TITRE VI.

De l'impôt du vingtième (sur succession).

1. L'OUVERTURE de tout testament doit être faite dans les formes qui suivent : les témoins, ou du moins le plus grand nombre d'entre eux, doivent d'abord reconnaître les sceaux qui y auraient été apposés ; les tablettes ayant ensuite été ouvertes, il doit en être sur le champ donné lecture ; il doit de suite en être fait description exacte, et telle que cet original ne puisse être changé ; cet original doit, après qu'il aura été revêtu du sceau public, être déposé à un archiviste, afin qu'il soit possible d'y avoir recours toutes les fois qu'il en sera nécessaire.

2. Tout testament fait à la campagne, dans une colonie, en ville ou en préfecture, en bourg, dans une forteresse, ou assemblée quelconque, au forum ou en édifice public, devait être lu en présence de témoins choisis exprès, ou de celle d'hommes d'une probité connue, entre la deuxième et la dixième heure du jour, l'original réservé devra être signé des magistrats qui en auront fait l'ouverture.

3. La loi a toujours voulu que tout testament fût ouvert aussitôt après la mort du testateur ; et quoiqu'il ait été dérogé à cette disposition générale par quelque res-

etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommissio non fit injuria : quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio senatusconsulti habere potuisset.

INTERPRÉT. *Si is qui à defuncto rogatus est, ut relictam hereditatem alteri restitueret, de inofficiosi querela instituerit actionem, id quod fideicommissum est, ut redderet ei, cui reddere jussus est, penitus non peribit. Sed ille, qui inofficiosi querelam proposuit, quartam quam ex fideicommissio senatusconsulti beneficio erat habiturus, suo vitio perdit.*

§. 10. Heres institutus habens substitutum, si de inofficioso dixerit, nec obtinebit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

TITULUS VI.

De Vicesima.

§. 1. TABULÆ testamenti aperiuntur hoc modo : Ut testes, vel maxima pars eorum adhibeatur, qui signaverint testamentum, ita ut agutis signis, rupto ligno aperiatur et recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archivum redigatur, ut si quando exemplum ejus interciderit, sit unde peti possit.

§. 2. Testamenta in municipiis, colonia, oppidis, præfectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica, præsentibus testibus vel honestis viris, inter horam secundam et decimam diei recitarique debebunt, exemploque sublato ab iisdem rursus magistratibus obsignari, quorum præsentia constat apertum.

§. 3. Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit, et ideo quamvis sit rescriptis variatum, tamen à præsentibus intra triduum vel quinque dies

aperiendæ sunt tabulæ. Ab absentibus quoque intra eos dies, cùm supervenerint: nec enim oportet testamentum heredibus et legatariis, aut libertatibus, quàm necessario vectigali moram fieri.

TITULUS VII.

De lege Cornelia.

§. 1. **Q**UI testamentum falsum scripserit, recitaverit, subjecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit, delue- rit, pœna legis Corneliæ de falsis tenebitur; id est, insulam deportatur.

§. 2. Non tantùm is qui testamentum subjecit, suppressit, deluit, pœna legis Corneliæ coercetur, sed et is, qui sciens dolo malo id fieri jussit, faciendumque curavit.

§. 3. Testamentum supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum, vel legatariorum, fideicommissorum, aut libertatum non profert.

§. 4. Supprimere tabulas videtur, qui cùm habeat, et proferre possit, eas proferre non curat.

§. 5. Codicilli quoque si lateant, nec proferantur, supprimi videbuntur.

§. 6. Edicto perpetuo cavetur, ut si tabulæ testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito, intra annum agi possit, quo ad exhibendum compellitur qui supprimit. Tabularum autem appellatione chartæ quoque et membranæ continentur.

crit, il est cependant bien reconnu que, lorsque les intéressés sont présents, cette ouverture doit être faite dans les trois jours, ou au plus dans les cinq jours du décès; en cas de leur absence, elle doit être faite le cinquième jour, parce qu'il ne faut pas, dans l'intérêt même des héritiers, des légataires et des affranchis, qu'il y ait plus de retard, quant à ces formalités, que l'acquit de l'impôt n'en permet.

TITRE VII.

De la loi Cornelia.

1. **Q**UI aura écrit un faux testament, ou qui en aura publié un faux, qui l'aura substitué à un vrai, celui qui y aurait apposé son sceau, celui qui en aurait supprimé, caché, effacé du testament, ou qui en aura rompu les sceaux, sera, aux termes de la loi Cornelia, coupable de faux, et comme tel condamné à la déportation dans une île.

2. Non-seulement celui qui aura substitué un faux testament à un vrai, ou qui en aura supprimé ou effacé un mot, sera sujet à la peine prononcée par la loi Cornelia; mais celui qui aura ordonné ce que dessus, et celui qui aura coopéré à l'exécution d'un tel ordre, seront aussi sujets à la même peine.

3. Il y a eu suppression de testament lorsqu'il est tenu exprès caché, en fraude des héritiers, des légataires ou fideicommissaires, par celui qui en est dépositaire.

4. Est aussi censé avoir supprimé un testament celui qui, en étant dépositaire et pouvant le représenter, néglige de le faire connaître.

5. Les codicilles qu'on aurait cachés ou qu'on ne représenterait pas, seront aussi censés avoir été supprimés.

6. Un édit perpétuel permet, dans le cas où l'on ne trouve pas les tablettes de testament, d'agir dans l'année pour forcer celui qui les retient à les représenter, lorsque l'intéressé en a porté plainte. Sous le nom de tablettes, sont aussi compris toutes autres tables ou parchemin sur lequel le testament peut avoir été écrit.

TITRE VIII.

Des successions (ab intestat).

1. **E**NTRE agnats (parens) et cognats (alliés), il y a cette différence : que les agnats sont aussi cognats, au lieu que les cognats ne sont pas agnats ; c'est pour cela que l'oncle (frère de père) est agnat et cognat, et que l'oncle (frère de mère) est seulement cognat.

INTERPRÉT. *Les agnats sont ceux qui tiennent à une famille par les hommes, et les cognats ceux qui n'y tiennent que par les femmes. Les oncles (de père), ou autrement les fils d'oncles (de père) sont entre eux agnats (parens), et cognats (alliés) les oncles (de mère), au contraire, sont cognats (alliés) et non cognats (parens).*

2. En cas de décès de frère, si c'est le frère qui est décédé laissant des neveux, des fils de son frère et des enfans de sa sœur pour héritiers, les fils du frère sont préférés.

3. Les héritiers légitimes n'ayant pas pris, de droit civil, possession d'une succession dans les cent jours (du décès), elle est dévolue aux plus proches parens après eux.

4. Il n'y a d'hérités légitimes pour les femmes, que celles des frères d'un même père ; dans ce cas la loi Voconienne tient lieu de droit public, pour toutes autres la loi des douze tables y admet les cognats sans distinction de sexe.

INTERPRÉT. *Les femmes ne peuvent succéder avec les autres agnats qu'à leurs frères consanguins (du même père) ; parce que les cognats mâles ne sont appelés à la succession des intestats qu'à défaut des agnats. A défaut d'agnats, tous les cognats succèdent. Les femmes succèdent de droit avec les hommes, lorsqu'elles se trouvent de mêmes degrés.*

5. En hérédité légitime la représentation n'a pas lieu ; c'est par cette raison que le frère, héritier de son frère, étant lui-même décédé avant d'avoir été saisi de la succession, elle ne passe pas aux enfans de ce dernier. Toute succession étant toujours dévolue au plus proche.

TITULUS VIII.

De intestatorum successione.

§. 1. **I**NTER agnatos et cognatos hoc interest : quod in agnatis etiam cognati continentur, inter cognatos verò agnati non comprehenduntur. Et ideò patruus et agnatus est et cognatus : avunculus autem cognatus tantummodò.

INTERPRÉT. *Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt ; agnati autem, qui per femineum : et ideò patruus, vel patruorum filii et agnati, et cognati sunt. Avunculi verò, et avunculorum filii cognati sunt, non agnati.*

§. 2. Si sint fratres defuncti, et fratris filii vel nepotes, fratre non existente, filius fratris nepoti præfertur.

§. 3. Legitimi heredes jure civili intrà centesimum diem, nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur.

§. 4. Femine ad hereditates legitimas ultrà consanguineas successiones non admittuntur, idque jure civili Voconia rogatione videtur effectum. Caterùm lex duodecim tabularum nulla discretionem sexus cognatos admittit.

INTERPRÉTAT. *Femine, nisi fratribus consanguineis intestatis aliter cum agnatis succedere non possunt : quia nec cognati masculi ad successionem intestatorum vocantur, nisi quando agnatos deesse constiterit. Sanè deficientibus agnatis, cum cognati succedunt ; possunt femine cum viris, quæ aequalis gradus sunt, jure succedere.*

§. 5. In hereditate legitima successioni locus non est. Et ideò fratre decedente, antequam adcat aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non potest : quia omnis successio proximiori defertur.

INTERPRETAT. *Si quando quis intestatus moriatur, qui fratrem et fratris filium derelinquat, ad fratrem, non ad fratris filium hereditas pertinebit. Quòd si frater defuncti hereditatem repudiaverit, vel adire noluerit, tunc fratris filius hereditatem patrum sibi poterit vindicare.*

§. 6. Ab hostibus captus, neque sui, neque legitimi heredis jus amittit postliminio reversus. Quod et circa eos qui in insulam deportantur, vel servi pœnæ effecti sunt, placuit observari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur.

§. 7. Pro herede gerere, est destinatione futuri domini aliquid ex hereditariis rebus usurpare. Et ideò pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariarum culturas rationesque disponit, et qui servis hereditariis, jumentis, rebusve aliis utitur.

§. 8. Ex pluribus heredibus, iisdemque legitimis, si qui omiserint hereditatem vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his, qui adierunt, vel eorum heredibus omittentium portiones ad crescent. Quod in herede instituto eum, qui acceperat substitutum, evenire non poterit. Diversa enim causa est scripti et legitimi.

INTERPRET. *Si quando multi heredes legitimi fuerint relictis, et aliqui eorum hereditatem prætermiserint, vel adire noluerint, portiones eorum qui omiserint, vel adire noluerint, his legitimis qui adierint acquiruntur. Sed in herede instituto, cui alter substitutus est, alia conditio est: quia in heredibus scriptis testamenti ordo tenendus est, ut institutis, vel substitutis de adeunda hereditate scripturæ forma servetur.*

INTERPRÉT. *Une personne décédée intestat, laissant un frère et des enfans d'un autre frère, toute sa succession appartiendra à son frère survivant, et non aux enfans de son frère défunt. Les enfans du frère prédécédé n'auront la succession de leur oncle que dans le cas où le frère survivant la répudierait, ou ne s'en serait pas mis en possession.*

6. Celui qui ayant été pris par les ennemis est ensuite revenu, n'a perdu aucun de ses droits, ni quant à ses biens personnels, ni quant à ceux qui lui étoient par succession. Il en est de même de quiconque a été déporté dans une île, ou qui a été accidentellement fait esclave, il rentre dans tous ses droits lorsqu'il a repris son état.

7. Gérer comme héritier, c'est comme devant posséder les biens d'une succession, se mettre de fait en possession d'une partie des biens de cette succession. Ainsi, est censé gérer comme héritier, celui qui dirige l'exploitation des champs dépendans d'une succession, ou qui dispose de leurs produits, ou qui se sert des esclaves, des animaux, ou de toutes autres choses qui en font partie.

8. Lorsqu'il existe plusieurs héritiers légitimes, et que quelques-uns négligent la succession qui leur est échue, ou sont empêchés par quelques motifs que ce soit de s'en mettre en possession, ceux qui l'ont acceptée, ou les héritiers de ceux-ci profitent de leurs parts. Il n'en est pas de même de l'héritier institué avec substitution d'un autre; le droit de l'héritier légitime est en effet bien différent de celui de l'institué.

INTERPRÉT. *Lorsqu'il y a plusieurs héritiers d'une même succession, et que quelques-uns d'entre eux la négligent ou la refusent, les parts de ceux-ci sont acquises à ceux qui l'ont acceptée. C'est le contraire s'il a été institué héritier avec substitution d'un autre; parce que, quant aux héritiers institués, on suit l'ordre établi par le testament, les biens ne passent à l'institué ou au substitué que conformément à ce qui a été écrit.*

TITRE IX.

Sur le sénatus-consulte Tertullienien.

1. **MÈRES**, tant celles de condition libre que les affranchies, citoyennes Romaines, ne jouissent des droits de mères qu'autant qu'elles ont eu quatre enfans, encore faut-il qu'elles les aient mis vivans au monde, et à terme.

2. Celle qui est accouchée de trois ou de deux enfans à la fois, ne jouit pas du droit de mère si elle n'a enfanté trois fois, mais seulement une; à moins qu'elle ne soit accouchée que par intervalles bien marqués.

3. La femme qui est accouchée d'un monstre ou d'un être extraordinaire, ne peut profiter de cet accouchement. Fruits de femme veus au monde n'ayant pas la forme humaine, ou du moins celle la plus ordinaire, ne sont pas des enfans.

4. Accouchement d'un enfant dont les membres sont doubles, profite à la mère; parce que, par cela même, il est au moins arrivé ce qu'on attendait d'elle.

5. L'enfant né le septième mois profite à la mère; car Pythagore est d'avis que les accouchemens de sept ou de dix mois sont également à terme.

6. Fausse couche et avortement ne sont pas accouchemens.

7. Il suffit à l'affranchie, ainsi qu'à la femme de condition libre d'avoir enfanté quatre fois.

8. La femme Latine de condition libre jouissant des droits des Quirites, est admise à succéder légitimement à son fils si elle en a eu quatre; car elle est alors devenue maîtresse de ses actions.

INTERPRÉT. *Le droit des Quirites est celui de la ville de Rome.*

9. Mère qui a eu trois fils, et qui les a encore, qui n'en a point ou qui n'en a pas eu, jouit du droit de la maternité. Elle en a, s'ils existent; elle en a eu, si elle les a perdus; elle en a ou n'en a pas eu, lorsque c'est en vertu de rescrit du prince qu'elle a le droit dont il s'agit.

TITULUS IX.

Ad senatusconsultum Tertullianum.

§. 1. **MATRES** tam ingenuæ, quàm libertinæ, cives Romanæ, ut jus liberorum consecutæ videantur, ter et quater peperisse sufficit, dummodò vivos, et pleni temporis pariant.

§. 2. Quæ semel uno partu tres vel duos filios edidit, jus liberorum non consequitur. Non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur, nisi fortè per intervalla pariat.

§. 3. Mulier si monstrosum aliquid, aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit. Non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis, converso more procreantur.

§. 4. Partum qui membrorum humanorum officia duplicavit, quia hac ratione aliquatenus videtur effectus, matri prodesse placuit.

§. 5. Septimo mense natus matri prodest. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior videatur.

§. 6. Aborsus, vel abactus venter partum efficere non videtur.

§. 7. Libertina ut jus liberorum consequi possit, quater eam peperisse, ut ingenuam sufficit.

§. 8. Latina ingenua jus Quiritium consecuta, si ter pepererit, ad legitimam filii hereditatem admittitur, non est enim manumissa.

INTERPRÉT. *Jus Quiritium hoc est civitatem Romanam consecuta.*

§. 9. Jus liberorum mater habet, quæ tres filios aut habet, aut habuit: aut neque habet, neque habuit. Habet, cui supersunt: habuit, quæ amisit. Neque habet, neque habuit, quæ beneficio principis jus liberorum consecuta est.

TITULUS X.

Ad senatusconsultum Orficianum.

§. 1. **F**ILII vulgo quæsi ad legitimam matris hereditatem aspirare non prohibentur : quia pari jure ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri debuerunt.

§. 2. Ad filiam ancillam, vel libertam ex senatusconsulto Claudiano effectam, legitima matris intestatæ hereditas pertinere non potest : quia neque servi, neque liberti matrem civilem habere intelliguntur.

§. 3. Ad legitimam intestatæ matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini admittuntur. Cives autem Romanos eo tempore esse oportet, quo ab iisdem legitima hereditas aditur.

§. 4. Filius maternam hereditatem, eandemque legitimam, nisi adeundo quæreere non potest.

TITULUS XI.

De Gradibus.

§. 1. **P**RIMO gradu superiori linea continentur pater, mater : inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ personæ junguntur.

§. 2. Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia, inferiori nepos, neptis : transversa frater, soror : quæ personæ duplicantur. Avus enim, et avia tam ex patre, quam ex matre : nepos, neptis tam ex filio, quam ex filia : frater, soror tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quibuscunque gradibus similiter pro substantia earum, quæ in quoquo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur.

INTERPRET. *Istæ personæ in secundo gradu idèd duplices appellantur, quia duo avi sunt, paternus et maternus. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater et soror ex transverso veniunt, qui et ipsi hoc ordine duplicantur.*

TITRE X.

Du sénatus-consulte Orficianien.

1. **I**L est permis à tous fils, légitimes ou non, de recueillir la succession de leurs mères ; parce qu'il est juste que les enfans aient le droit de succéder à leurs mères, par réciprocité de celui des mères de succéder à leurs enfans.

2. Succession de mère n'est pas légitime, quant à la fille servante ou affranchie en vertu du sénatus-consulte Claudien ; parce que ni les esclaves, ni les affranchis n'ont aucunes mères civilement reconnues.

3. Les fils, citoyens Romains, héritent légitimement de droit de leurs mères intestat, et non pas les Latins. Pour hériter de droit, il faut être citoyen Romain au moment même où une succession échoit.

4. Le fils ne peut acquérir la succession légitime de sa mère qu'en l'acceptant.

TITRE XI.

Des Degrés de parenté.

1. **L**E père et la mère forment ce qu'on appelle le premier degré, sur une seule première ligne. Le fils et la fille sont seuls au second degré en dessous.

2. Au second degré au-dessus du père et de la mère, sont les aïeuls et aïeules. Au-dessous du frère et de la sœur sont les petits-fils et petites-filles. Le frère et la sœur sont collatéraux : toutes ces personnes sont doubles ; car il y a aïeul et aïeule du père, et aïeul et aïeule de la mère. Les neveux et nièces provenant tant du fils que de la fille. Frère et sœur provenant du père et de la mère : ces personnes ne sont doubles dans leur degré que par rapport aux degrés subséquens.

INTERPRET. *On appelle doubles les personnes qui sont au second degré, parce qu'il y a doubles aïeux, les aïeux paternels et les aïeux maternels. Il en est de même des petits-fils, il y en a de deux sortes : fils de fils, et fils de fille. Le frère et la sœur sont collatéraux, et sous ce point de*

vue ils se doublent aussi quant à ceux des degrés inférieurs.

3. Au troisième degré, au-dessus du père et de la mère, sont le bisaïeul et la bisaïeule; au-dessous les petits-fils et les petites-filles. En ligne oblique, le fils, la fille du frère ou de la sœur; l'oncle, la tante paternels, c'est-à-dire le frère ou la sœur du père; l'oncle et la tante maternels, c'est-à-dire le frère ou la sœur de la mère.

4. Au quatrième degré, au-dessus du père, sont le père et la mère du bisaïeul; en dessous, les fils et filles des petits-fils et petites-filles. En ligne oblique, les petits-fils et petites-filles du frère et de la sœur; frère du frère du père, sœur du frère du père, c'est-à-dire le fils, la fille du frère du père; le cousin, la cousine, c'est-à-dire le fils, la fille du frère de la mère ou de la sœur de la mère; le fils, la fille de la sœur de la mère, et aussi les cousins provenans de deux sœurs. Le grand-oncle paternel, la grand'tante paternelle, c'est-à-dire le frère et la sœur de l'aïeul paternel; le grand-oncle maternel, la grand'tante maternelle, le frère et la sœur de la grand-mère maternelle sont aussi au quatrième degré.

INTERPRÉT. *Il n'est pas besoin de plus de développement, cela s'entend à la lecture.*

5. Sont au cinquième degré, au-dessus du père et de la mère, le père, la mère du père et de la mère du bisaïeul; au-dessous, les petits-fils du petit-fils et les petites-filles de la petite-fille. En ligne oblique, les petits-neveux du frère et de la sœur, les oncles paternels du frère, les oncles maternels de la sœur; les fils et filles des fils du frère du père ou de la mère; des cousins et des cousines maternels; le fils ou la fille du cousin maternel du père, c'est-à-dire le fils ou la fille du grand-père, de la grand-mère maternelle; du grand-oncle maternel, ou de la grand'tante maternelle. Le grand-oncle paternel, la grand'tante maternelle, ceux-ci sont le frère, la sœur du bisaïeul; le grand-oncle, la grand'tante maternels, c'est-à-dire le frère, la sœur de la bisaïeule tant paternelle que maternelle, et les bisaïeuls paternels sont du même degré.

INTERPRÉT. *Cette espèce de parens ne*

§. 3. Tertiogradu veniunt, supra, proavus, proavia; infra pronepos, proneptis: ex obliquo, fratris, sororisque filius, filia; patruus, amita, id est, patris frater et soror: avunculus, matertera, id est, matris frater et soror.

§. 4. Quarto gradu veniunt, supra, abavus, abavia; infra abnepos, abneptis: ex obliquo, fratris et sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patru filius, filia: consobrinus, consobrigna, id est, avunculi et materteræ filius, filia: amitinus, amitina, id est, amitæ filius filia: itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus ad crescit patruus magnus, amita magna, id est, avi paterni frater et soror: avunculus magnus, et matertera magna, id est, aviæ tam paternæ, quam maternæ frater et soror.

INTERPRÉTAT. *Hanc plus exponi opus non est, quàm lectio ipsa declarat.*

§. 5. Quinto gradu veniunt, supra quidem, atavus, atavia; infra, atnepos, atneptis: ex obliquo, fratris et sororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinx filius, filia; proprius sobrinus, sobrina, id est, patru magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. His ad crescit pro patruus, pro amita, hi sunt proavi paterni frater et soror, proavunculus, promatertera, hi sunt proaviæ paternæ, maternæque frater et soror, proavique materni.

INTERPRÉT. *Hæc species nec aliis gra-*
30

dibus, quàm scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.

§. 6. Sexto gradu veniunt, supra, tritavus, tritavia; infra, trinepos, trineptis: ex obliquo, fratris et sororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae nepos, neptis: patrum magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae nepos, neptis, id est, proprioris sobrii filius, filia, qui consobrini appellantur. Quibus à latere aderescent propatrum, proamita, proavunculi, promaterterae filius, filia: ab patruus abamita, hi sunt abavi paterni frater et soror: abavunculus abmatertera, hi sunt abaviae paternaе, matermaeque frater et soror, abavique materni.

INTERPRETAT. *Hæc quoque explanari amplius non potest, quàm ut auctor ipse disseruit.*

§. 7. Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra, infraque propriis nominibus non appellantur: sed ex transversa linea continentur fratris, sororisque atnepos, atneptis, consobrini filii, filiaque.

§. 8. Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest.

INTERPRET. *In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius propagari.*

peut être distinguée que par degré, et que par les noms qui lui ont été ci-dessus donnés.

6. Sont au sixième degré, au-dessus du père et de la mère, le trisaïeul; la trisaïeule au-dessous, l'arrière-petit-fils du petit-fils, l'arrière-petite-fille de la petite-fille. En ligne oblique, les petits-neveux du frère et de la sœur; les neveux et nièces des oncles paternels de frères et sœurs; des oncles et tantes maternels, des cousins et cousines, des neveux et nièces; des grands-oncles paternels, des grand-tantes maternelles, c'est-à-dire le fils et la fille des grands-cousins paternels, qu'on appelle aussi cousins de mère. A ceux-ci, s'adjoignent en collatérale, le fils et la fille des grands-oncles paternels, des grand-tantes maternelles, des grands grands-oncles paternels et maternels, et de plus, les degrés qui sont le frère et la sœur du bisaïeul paternel, le frère et la sœur de la grand'tante maternelle et paternelle, et autres aïeuls maternels.

INTERPRÉT. *Tout ceci ne peut non plus s'expliquer mieux que ne l'a fait l'auteur.*

7. Le septième degré comprend tous les parens en ligne directe au-dessus ou au-dessous du père et de la mère, qui n'ont aucune autre désignation particulière; en ligne collatérale, sont les petits-neveux et nièces du frère et de la sœur, les fils et filles de tous les cousins maternels.

8. On n'a admis à succéder que ceux compris dans ces sept degrés selon l'ordre de la nature; il était inutile d'appeler des héritiers d'un degré ultérieur de parenté, puisqu'il a été reconnu qu'il était inutile, en matière de succession, de supposer que l'existence d'aucun homme pût se porter plus loin que ce septième degré.

INTERPRÉT. *Dans ces sept degrés sont compris tous les noms de parenté, au-delà desquels il est impossible de reconnaître aucune affinité, ni d'étendre davantage le droit de succéder.*

TITRE XII.

Des Affranchissemens.

1. **L**ORSQU'UN esclave appartient en commun à deux maîtres, quoique l'un des deux lui ait donné sa liberté, il ne devient ni Latin ni citoyen Romain. Ce don, qui, dans tout autre cas, aurait pu lui assurer les droits de la ville de Rome, ne profite qu'à son autre maître.

INTERPRÉT. *L'un des deux maîtres auxquels appartient en commun un esclave, lui ayant donné sa liberté, n'a pas pu, par cet affranchissement, en faire ni un citoyen Romain ni un Latin; la part de propriété du maître qui a affranchi est perdue. Dans ce cas, l'autre maître est seul propriétaire de l'esclave, comme s'il n'avait jamais appartenu qu'à lui seul.*

2. Le muet, le sourd ne peuvent affranchir leur esclave : ils peuvent cependant lui donner la liberté entre amis ou par lettre ; ils ne peuvent leur procurer la liberté que sous condition de rachat.

3. L'esclave qui a subi la torture devant le président, et qui néanmoins n'a pas été trouvé coupable, peut être valablement mis en liberté.

4. L'héritier ne peut nuire par aucun acte au fidéicommiss qui avait pour fin la liberté d'un esclave ; quand même il aurait mis aux fers l'esclave qu'il avait ordre d'affranchir, cet esclave devra l'être.

INTERPRÉT. *Un héritier ayant donné la liberté à un esclave en vertu de fidéicommiss, ne pourra plus la révoquer, quand même il aurait accusé d'un crime cet esclave qu'il avait ordre d'affranchir, et l'aurait en conséquence fait mettre aux fers.*

5. Quoique l'un des maîtres d'un esclave l'ait fait mettre aux fers avant l'époque fixée pour sa liberté, cela n'empêchera pas son affranchissement. Dans le cas de deux décisions semblables, la plus douce est préférée : il est de l'humanité de favoriser les misérables, et de supposer innocens ceux qu'on ne peut absolument condamner.

INTERPRÉT. *Si l'un des maîtres d'un*

TITULUS XII.

De Manumissionibus.

§. 1. **S**ERVUM communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non potest, nec magis, quam civem Romanum : cujus portio eo casu, quo si proprius esset, ad civitatem Romanam perveniret, socio adcrescit.

INTERPRÉT. *Si aliquis servum communem manumiserit, eundem manumittendo, nec Latinum, nec civem Romanum facere potest. Et ideo portio ejus manumissori perit, et alteri domino ex integro, quasi ejus tantum proprius fuisset, acquiritur.*

§. 2. Mutus, et surdus servum vindicta liberare non possunt. Inter amicos tamen, et per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad justam libertatem pervenire possit, conditione venditionis excipi potest.

§. 3. Tormentis apud præsidem subjectus, et de nulla culpa confessus, ad justam libertatem perducitur potest.

§. 4. Fideicommissa libertas data, facto heredis non mutatur, si servum, quem manumittere jussus est vixerit.

INTERPRÉT. *Per fideicommissum data libertas ab herede, per hoc revocari non potest, si servum, quem manumittere jussus est, crimine objecto in vincula redegerit.*

§. 5. Communem servum unus ex sociis vinciendo, futuræ libertati non nocebit. Inter pares enim sententias, clementiori præfertur. Et certè humanæ rationis est favere miserioribus, et propè innocentes dicere, quos absolute nocentes pronounciare non possumus.

INTERPRÉTAT. *Si communem servum*

unus ex dominis in vincula redegerit, propter hoc libertati ejus, si postea manumissus fuerit non nocebit: quia in tali re indulgentioris domini sententia, qui nihil in eum fecit, melior judicatur. Et ideo si ab utroque domino manumissus fuerit, civis Romanus effici potest.

§. 6. Debitor creditorve servum pignoris vinciendo, dedititium facere non possunt. Alter enim sine altero causam pignoris deteriore facere non potest.

§. 7. Servus furiosi domini, vel pupilli jussu vinctus, dedititorum numero non efficitur: quia neque furiosus, neque pupillus exacti consilii capax est.

§. 8. Non tantum si ipse dominus vinciat, nocet libertati, sed et si vincere jubeat, aut vincientis procuratoribus actorisve factum comprobet. Quod si antequam sciret vinctum, solutionis ejus causas approbaverit, libertati futuræ vincula non nocebunt.

INTERPRET. *Si servum non solum dominus, sed procurator ejus, vel actor in vincula redegerit, et dominus hoc justè factum adquireverit, futuræ impedit libertati. Nam si eum ab actore ligatum dominus solvi præceperit, futuræ libertati non poterit impedire.*

§. 9. Cæco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

TITULUS XIII.

De fideicommissis libertatibus.

§. 1. **E**LA conditione heres institutus, si liberos suos emancipaverit, omnimodis eos emancipare cogendus est. Pro conditione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta.

§. 2. Decedente eo, à quo fideicommissa libertas relicta est, heredes ejus eam præstare cogendi sunt.

esclave commun l'avait fait mettre aux fers, ce fait n'empêchera pas qu'il ne jouisse de la liberté s'il est depuis affranchi. Le vœu du maître à qui cet esclave n'aurait pas manqué, sera suivi. Si par la suite cet esclave est affranchi du consentement de ses deux maîtres, il pourra devenir citoyen Romain.

6. Le débiteur ou le créancier ne peut seul, pour se débarrasser d'un esclave donné en nantissement, en faire un délaissé; il ne dépend ni de l'un ni de l'autre de détériorer le gage.

7. L'esclave mis aux fers de l'ordre de son maître attaqué de fureur, ou encore pupille, ne peut être mis au nombre des délaissés; parce que ni le furieux, ni le pupille n'est censé jouir de son bon sens.

8. L'esclave que son maître a mis aux fers, ou qu'il y a fait mettre, ou dont la mise aux fers aura été ordonnée par fondé de pouvoir, ou par l'intendant du maître et approuvée de celui-ci, ne sera pas mis en liberté; mais si le maître a approuvé les motifs de ne pas le garder aux fers, avant de savoir qu'il y avait été, il pourra être affranchi.

INTERPRÉT. *Non-seulement l'esclave mis aux fers par son maître ne pourra être mis en liberté, mais il ne le pourra pas non plus si, y ayant été mis par le fondé de pouvoir particulier ou l'intendant de son maître, celui-ci a approuvé sa conduite; mais si le maître a ordonné à l'intendant de l'en délivrer, dans ce cas il pourra être rendu à la liberté.*

9. On ne donne pas un curateur à l'aveugle, parce qu'il peut lui-même se nommer un procurateur.

TITRE XIII.

Des libertés léguées par fideicommissis.

I. **H**ÉRITIÈRE institué, sous la condition qu'il émancipera ses enfans, peut être forcé par tous moyens de droit de les émanciper, parce que leur émancipation est ici une condition absolue de l'institution.

2. Celui qui a été chargé par fideicommissis de donner une liberté léguée, venant à décéder, c'est à ses héritiers à exécuter le fideicommissis; ils peuvent y être forcés.

INTERPRÉT. *Si le testateur a ordonné, par fideicommiss, à son héritier de mettre l'un de ses esclaves en liberté, et qu'il arrive que l'héritier meure avant d'avoir affranchi l'esclave, ce sera à celui qui recueillera la succession de cet héritier du testateur à mettre en liberté l'esclave; il pourra être poursuivi à cette fin.*

3. Si un mourant a donné la liberté à quelques-uns de ses esclaves, en ces termes : *je veux que tel et tel soient libres, et je les donne pour tuteurs à mes fils* ; d'un côté, les esclaves ne pourront être affranchis, parce que les pupilles ne peuvent donner la liberté à des esclaves que de l'autorité de leurs tuteurs ; de l'autre, on ne peut donner des tuteurs à ceux qui en ont. Dans ce cas, on nommera *ad hoc* un tuteur, afin qu'en conséquence du décret du sénat, les esclaves puissent être d'abord mis en liberté, et être par suite tuteurs.

INTERPRÉTAT. *Lorsqu'en mourant, quelqu'un aura, par fideicommiss, ordonné à ses enfans de mettre en liberté quelques-uns de ses esclaves, et aura en même tems ordonné que ces mêmes esclaves seront les tuteurs de ses enfans, la mise en liberté des esclaves ne peut avoir lieu sur le champ ; parce que les enfans ne peuvent affranchir que de l'autorité de leur tuteur, et qu'on ne doit pas donner des tuteurs à ceux qui en ont déjà. Dans ce cas, pour accorder ensemble la volonté du testateur et la loi, le juge doit nommer un tuteur ad hoc pour le don de la liberté aux esclaves désignés. Ce fait, ceux-ci pourront agir en leur qualité de tuteurs.*

TITRE XIV.

De la loi Fusia Caninia.

1. **T**OUT esclave peut être nommément mis en liberté. *Que Stichus soit libre*, est ce qu'on appelle liberté nommément donnée. Lorsqu'on s'est servi de cette autre expression : *je veux que le pourvoyeur, ou celui qui naîtra de telle servante soit libre*, la liberté leur est également acquise de fait, en vertu du sénatus-consulte Orficienien, comme s'ils avaient été nommément affranchis. La désignation de l'emploi ou du

INTERPRÉT. *Si testator per fideicommissum servum jusserit manumitti, et ita evenerit, ut antequàm manumissio daretur, is cui fideicommissa libertas est, moriatur, heres ejus ad manumissionem præstandam, quam auctor suus daturus erat, jure compellitur.*

§. 3. Si decedens servis suis libertatem ita dederit : *Illum et illum liberos esse volo, eosque filiis meis tutores do*, impeditur fideicommissa libertas : quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt, et habentibus tutores tutor dari non potest : sed interim vice absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis primùm libertas, ac deinde tutela competere possit.

INTERPRÉT. *Si quis moriens servis suis libertatem dandam filiorum fidei commiserit, eosque filiis suis tutores esse præceperit, hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur : quia nec pupilli sine tutoris auctoritate servos manumittere possunt, et qui tutores à patre nominatim relictos habent, alios tutores habere non possunt. Sed in tali casu ordinis consilio et ratione prospectum est : ut pupilli velut absentium vice, dum libertas servis tribuitur, habeantur, ut data hiis à judice secundum formam testamenti primitus libertate, etiam tutores esse prævaleant.*

TITULUS XIV.

Ad legem Fusiam Caniniam.

§. 1. **N**OMINATIM servi testamento manumitti secundum legem Fusiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo : *Stichus liber esto*. Cum autem, *obsonatorem, vel qui ex ancilla illa nascitur, liberum esse volo*, ex Orphiciano senatusconsulto perinde libertas competit, ac si nominatim data sit. Officiorum enim et artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi fortè plures

sint, qui eo officio designentur. Tunc enim nomen adjungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse videatur.

§. 2. Codicillis testamento confirmatis datæ libertates cum his, quæ tabulis testamenti datæ sunt, concurrunt : et sive antecedant, sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur, quia ex testamento utraq̃ue confirmantur.

INTERPRET. *Quoties per testamentum et codicillos libertates dantur, qui in codicillo manumissi sunt, sive ante testamentum factus sit codicillus, sive post, et testamento confirmatus sit, posteriori loco tamen habendi sunt, qui per codicillos fuerint manumissi. Et ideò computatis primùm, qui testamento manumissi sunt, tum illis, qui in codicillis manumissi numerantur. Et si major numerus per codicillum, quàm in lege Fusia Caninia continetur, illi libertatem perdunt, qui in codicillo super legitimum numerum manumissi inveniuntur.*

§. 3. Quoties numerus servorum propter legem Fusiam Caniniam, ineundus est, fugitivi quoque, quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt.

§. 4. Lege Fusia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur. Subductis igitur duobus usque ad decem pars dimidia, à decem usque ad triginta pars tertia, à triginta usque ad centum pars quarta, à centum usque ad quingentos pars quinta. Plures autem, quàm centum ex majori numero servorum manumitti non licet.

métier de l'esclave ainsi affranchi suffit, à moins qu'il n'y en ait plusieurs du même emploi ou du même métier : dans ce cas, il faut, pour qu'il n'y ait aucun doute sur l'esclave que le testateur a voulu mettre en liberté, qu'il ait ajouté son nom à l'indication de son métier.

2. Les libertés ainsi données par codicilles confirmés au testament, ont le même effet que celles données par le testament même. Que les libertés données aient précédé le testament ou lui soient postérieures, elles ne sont censées acquises que du même moment, parce qu'elles n'ont d'effet réel que de leur confirmation portée au testament.

INTERPRÉT. *Toutes les fois qu'on a donné des libertés par testaments et par codicilles, les libertés données par codicilles écrits, soit avant ou après le testament, confirmées par le testament, sont considérées comme n'ayant été données qu'en dernier lieu, quoique l'affranchissement ait été fait par des codicilles précédant le testament. Dans ce cas, il faut faire attention au nombre des affranchis tant par le testament que par les codicilles. Si le nombre de ceux mis en liberté par les codicilles excédait celui permis par la loi Fusia Caninia, ceux qui excéderont le nombre, ne pourront pas profiter de la liberté qui leur aurait été ainsi donnée en contravention à cette loi.*

3. Lorsque le nombre des esclaves n'excède pas celui déterminé par la loi Fusia Caninia, les fugitifs, dont on a toujours entendu conserver la propriété, en font partie.

4. La loi Fusia Caninia a fixé le nombre d'esclaves qu'il est permis de mettre en liberté par testament. Qui en a dix, ne peut en affranchir que la moitié, deux ayant été soustraits de ces dix, c'est-à-dire quatre seulement ; de dix à trente, le tiers ; de trente à cent, le quart ; de cent à cinq cents, le cinquième ; mais jamais plus de cent, quel que soit le nombre des esclaves.

JULII PAULI
SENTENTIARUM RECEPTARUM
AD FILIUM.

SOLUTIONS DE POINTS DE DROIT
UNANIMEMENT ADOPTÉES
DU TEMS DE JULES PAUL,
ET PAR LUI RECUEILLIES POUR SON FILS.

LIVRE CINQUIÈME.

LIBER QUINTUS.

TITRE PREMIER.

TITULUS PRIMUS.

Des Dons de pure libéralité.

De liberali causa.

1. CEUX qui, par extrême besoin pour se procurer du pain, auraient vendu leurs fils, n'auront apporté aucun changement à leur état. L'homme libre n'a pas de prix, les fils ne peuvent être donnés en gage ou en nantissement à tems; tout créancier coupable à cet égard est déporté. On peut cependant louer le travail de ses fils.

2. L'affranchissement d'un fils ainsi vendu, de quelque manière qu'il ait eu lieu, ne peut nuire ni à la vérité ni à l'origine de son premier état.

INTERPRÉT. *Si un homme libre avait exprès, et dans l'intention de lui nuire, été affranchi, il n'en éprouvera aucun tort relativement à son état d'homme libre.*

3. L'inscription faite de la part du fisc d'un homme libre au nombre de ses esclaves, ne peut porter aucun préjudice à cet homme.

4. Qui, par crainte ou vaine terreur, telle qu'elle ait été, se serait, en mentant, déclaré esclave devant le prêteur, et aurait été par lui inscrit comme tel, pourra toujours après recouvrer son état, en le prouvant.

§. 1. QUI contemplatione extremæ necessitatis, aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non præjudicant. Homo enim liber nullo pretio æstimatur. Idem nec pignori ab his, aut fiduciæ dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur. Operæ tamen eorum locari possunt.

§. 2. Veritati et origini ingenuitatis manumissio, quocumque modo facta fuerit, non præjudicat.

INTERPRÉT. *Quicumque ingenuam personam fraudis studio manumittendam esse crediderit, præjudicium ex hoc ingenuitas non incurrit.*

§. 3. Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta, ingenuitati non præjudicat.

§. 4. Qui metu et impressione alicujus terroris apud acta præsidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti non præjudicat.

§. 5. Post susceptum liberale iudicium, si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne iudicium transferri placuit. In priorem verò quod prodendæ libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur. Non enim oportet susceptam status causam, nulla cogente necessitate, destitui.

5. Lorsque celui qui a contesté l'état d'un homme abandonne le procès, il doit être jugé sur la déclaration de tout autre. Le défaillant, qui n'a alors agi que pour enfreindre le droit de liberté, est puni à l'extraordinaire. En effet, il ne faut pas qu'un procès concernant l'état d'un citoyen reste indécis, sans une absolue nécessité.

TITULUS II.

De Usucapione.

§. 1. **P**OSSESSIONEM adquirimus et animo et corpore : animo utique nostro, corpore vel nostro, vel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus, retinere tamen nudo animo possumus, sicut in salibus hybernis, æstivisque contingit.

INTERPRET. *Aliqua sunt, quæ animo et corpore possidemus : aliqua, quæ tantùm animo. Animo et corpore ea possidemus, quæ in præsentì tenere videmur vel utimur animo vero ea possidemus, quæ in longinquo posita sunt, et in nostro jure consistunt, et ea proprietati nostræ possumus vindicare.*

§. 2. Per liberas personas, quæ in potestate nostra non sunt, acquiri nobis nihil potest. Sed per procuratorem acquiri nobis possessionem posse, utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata, non aliter ei quàm si rata sit, quæritur.

INTERPRET. *Per liberas personas, quæ nobis nulla conditione obligatæ sunt, acquirere nihil possumus. Sed per procuratores acquiri nobis possessionem certum est. Nam si aliquid absente domino fuerit comparatum, non aliter ei acquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi acceptam dominus constituerit.*

§. 3. Longi autem temporis præscriptio inter præsentès continuo decennii spatio, inter absentes vicennii comprehenditur.

TITRE II.

De la prise de possession.

1. **P**RISE de possession s'acquiert de fait et d'intention. Prise de possession d'intention ne peut résulter que de la nôtre. Prise de possession de fait, peut résulter du nôtre et de celui d'autrui. L'intention de posséder ne suffit pas seule pour prouver une prise de possession ; on peut cependant prouver sa possession par l'intention de la conserver, ainsi qu'il se pratique à l'égard des pâturages d'hiver et d'été.

INTERPRÉT. *Il est des choses que nous pouvons posséder et d'intention et de fait, et d'autres que nous ne possédons que d'intention. On possède de fait tout ce dont on peut se saisir, ou dont on use de fait. On ne possède, au contraire, que d'intention tout ce qui est éloigné, qui ne consiste que dans le droit que nous y avons, et que nous pouvons faire valoir contre tous autres.*

2. Les personnes libres qui ne sont pas en notre puissance ne peuvent rien nous acquérir ; mais il est reconnu, pour cause d'utilité générale, que notre fondé de pouvoir peut nous acquérir toute possession. Cependant possession acquise pour nous, ne vaut que si nous le voulons.

INTERPRÉT. *On ne peut rien acquérir par ceux qui ne dépendent de rien et pour rien de nous ; mais il est certain que nous pouvons acquérir par procureurs. Cependant, s'il a été acheté quelque chose pour nous, la chose ainsi achetée ne nous appartient, que si nous en approuvons l'acquisition.*

3. La prescription de dix ans continuels entre présents, et de vingt ans entre absents, est réputée longue prescription.

4. Prescription de vingt ans vaut, même contre la république, pour celui dont le commencement de possession a été juste; pourvu qu'il n'y ait pas été inquiété. Cependant, en cas de prescription acquise contre la république, elle a action contre ceux qui, par leur négligence, en ont été cause.

INTERPRÉTAT. Possession non contestée par qui que ce soit pendant vingt ans, profite certainement au possesseur, s'il prouve qu'elle n'a eu qu'un juste commencement. Le juste commencement de possession ne résulte que de vente, de succession, de donation, de legs, de fideicommiss ou de tous autres écrits légitimes et contrats, au moyen desquels il est d'usage de transmettre la propriété de choses corporelles ou de droits à exercer. La prescription de cette chose a lieu par l'espace de dix ans entre présens, et par celui de vingt ans entre absens.

5. Si depuis qu'il aura été intenté action sur prétendue prescription, l'objet contesté a été vendu, et que l'acquéreur l'ait lui-même possédé pendant vingt ans sans avoir été inquiété par qui que ce soit, il n'est pas juste de l'en déposséder.

TITRE III.

De ce qui s'est fait en tumulte.

1. CEUX qui, dans un tumulte ou dans une sédition, ont fait ou occasionné du tort à quelqu'un, doivent le double du tort éprouvé, s'il peut s'estimer en argent. Si le tort est de la vie, ou de quelque membre blessé, il y a lieu à poursuites à l'extraordinaire.

INTERPRÉTAT. Si quelqu'un ayant occasionné une foule, ou excité une sédition, et qu'il en soit résulté du tort à qui que ce soit, s'il ne consiste qu'en argent il sera réparé par restitution d'une somme double; mais s'il y a eu meurtre ou fracture de membre, ce sera au juge à en prononcer punition d'après la preuve.

2. Il y a action de restitution du quadruple de tout ce qui aura été pris, enlevé ou dérobé dans un incendie, une ruine, un naufrage, ou d'un vaisseau en combat, si la répétition est faite dans l'année; passé ce tems, la restitution sera simple.

§. 4. Viginti annorum præscriptio etiam adversus rempublicam prodest ei, qui justum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen quanti ejus interest adversus eos rempublicæ datur, qui ea negotia defendere neglexerunt.

INTERPRÉTAT. Utriusque viginti annorum non repetita possessio, si tamen justum possidendi initium intercessisse probatur. possessori prodesse certum est. Justum autem initium est emptionis, hereditatis, donationis, legati, fideicommissi, et cæterarum similium, quæ per legitimas scripturas atque contractus, ad jus et uniuscujusque dominium transire noscuntur. Hujus autem rei præscriptio, inter præsentés decennii est, inter absentes verò vicennii computatur.

§. 5. Si post motam intra tempora quæstionum, res ad novum dominum emptione transierit, et is per viginti annos non fuerit inquietatus, avelli ei possessionem non oportet.

TITULUS III.

De his quæ per turbam fiunt.

§. 1. IN eos, qui per turbam, seditionemve damnum alicui dederint, dandumve curaverint, si quidem res pecuniaria est, æstimatione dupli sarcitur. Quòd si ex hoc corpori alicujus, vitæ, membrisque nocetur, extra ordinem vindicatur.

INTERPRÉTAT. Si quis collecta multitudine, aut concitata seditione damnum cuicumque intulerit, si pecuniæ damnum fiat, dupli redhibitione componitur. Nam si corpus alicujus, vel membra cæde pulsata fuerint, hujusmodi admissum à judice vindicatur.

§. 2. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata raptum, susceptum, suppressumve, eo anno in quadruplum ejus rei, quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur, postea, verò in simplum.

§. 3. Hi, qui ædes aliquas, villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint capite puniuntur. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis noceri possit, accipiuntur.

§. 4. Receptores aggressorum, itemque latronum eadem pœna afficiuntur, qua ipsi latrones. Sublatis enim susceptoribus, grassantium cupido conquiescit.

§. 5. Fures, vel raptores balnearum plerumque in metallum, aut in opus publicum damnantur. Nonnunquam pro frequentia admissorum judicantis sententia temperatur.

§. 6. Incendiarii, qui consultò incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quòd si incuria eorum ignis evaserit, dupli compendio damnum ejusmodi sarciri placuit.

INTERPRET. *Si aliquis malitiæ studio incendium miserit, de hoc crimine convictus. pœnis gravissimis jubetur interfici. Quòd si per negligentiam factum incendium comprobatur, damnum quod cuicumque illatum fuerit, res quæ incendio perierint, dupli satisfactione sarcientur.*

TITULUS IV.

De Injuriis.

§. 1. INJURIAM patimur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus, et illatione stupri. Extra corpus, conviciis, et famosis libellis : quod ex affectu uniuscujusque patientis, et facientis aestimatur.

§. 2. Furiosus, itemque infans affectu doli, et captu contumeliæ carent : idcirco injuriarum agi cum his non potest.

§. 3. Si liberis, qui in potestate sunt,

5. Tous ceux qui auront pillé des maisons de ville ou de campagne, qui y auront fait fraction, ou les auront escaladées en troupe et armés, sont punis de mort. Par armes, on entend tout ce qui peut nuire à la conservation des hommes.

4. Ceux qui ont donné retraite à des agresseurs, à des voleurs, sont punis des mêmes peines ; parce que, s'il n'y avait pas de tels gens, il y aurait moins de malfaiteurs.

5. Les voleurs ou filous de bains, sont condamnés ou aux mines ou aux travaux publics. Il est parfois permis au juge de modérer sa sentence, selon que, lors du délit, les bains se trouvaient plus ou moins remplis de monde.

6. Les incendiaires qui auront exprès mis le feu, sont condamnés au dernier supplice. Si l'incendie n'a eu pour cause qu'un manque de soin, celui auquel on pourra le reprocher en sera quitte pour le double de la perte survenue.

INTERPRÉTAT. *Quiconque aura mis le feu, dans l'intention réelle de faire tort, et en sera convaincu, devra mourir dans les plus grands tourmens. Si au contraire le feu n'a pris que par la négligence de quelqu'un, celui qui en sera coupable paiera le double du dommage ou de la chose qui aura été brûlée.*

TITRE IV.

Des Injures.

1. LES injures ont trait à notre corps ou ne s'y rapportent pas. Les injures faites au corps, sont le fouet avec verges, le viol. Les autres, sont celles qui ne consistent qu'en paroles, ou résultantes de libelles diffamatoires. Les unes et les autres s'apprécient d'après l'impression qu'en a pu recevoir celui qui en était l'objet, et d'après l'espèce des motifs de celui qui se les est permis contre lui.

2. Le fou et l'enfant ne sont pas présumés être capables de mauvaises intentions, ni conséquemment de vouloir injurier ; c'est pour cela qu'on ne peut les actionner pour injures.

3. Si on a injurié des enfans étant en-

core en notre puissance , ou notre femme , c'est à nous qu'appartient le droit de nous en plaindre , si toutefois celui qui a injurié l'a fait exprès pour nous molester nous-mêmes dans les personnes insultées.

4. L'injure a trait au corps , lorsqu'on bat quelqu'un , ou qu'on se porte à des violences impudiques , ou qu'on ose faire des propositions de cette espèce. L'injure faite par violence à la pudeur , se punit de la peine capitale.

5. Ceux qui portent les époux à d'autres amours , ou qui suggèrent des mariages , quand même ils n'en seraient pas venu à leurs fins , sont punis extraordinairement ; par cela seul qu'ils ont eu la volonté de porter à un dangereux libertinage.

6. L'action d'injures a pour base ou la loi ou les mœurs , ou tous deux ensemble. C'est d'après la loi des douze tables qu'on est puni de la publication de poèmes satiriques , de blessures de membres , ou de rupture des os. Il est laissé à l'arbitraire du juge d'estimer , selon la qualité des personnes , toutes injures contraires aux mœurs , et de les punir plus ou moins sévèrement , selon leur plus ou moins d'importance relative. L'action en injures de droit mixte , résulte de la loi Cornélia : elle a lieu contre tous ceux qui ont battu ou frappé , et contre ceux qui s'introduisent en cachette dans les maisons , et qu'on appelle voleurs habituels de salles à manger ; délits qui se jugent à l'extraordinaire , et dont les punitions sont , ou l'exil , ou les mines , ou les travaux publics.

7. Tout condamné , même civilement , pour injures , avec taxe pour réparation , est noté d'infamie.

INTERPRÉTAT. *Celui qui , pour légère injure , a été condamné à la réparer par une taxe quelconque , est noté comme infame , quand bien même il n'aurait été jugé que civilement.*

8. L'atrocité d'une injure s'estime par le tems , le lieu et la personne. Elle est plus grave à cause du lieu , lorsqu'elle a été faite en public ; par le tems , lorsqu'elle a eu lieu le jour ; quant à la personne , lorsqu'un plébéien , ou tout autre homme de basse naissance , aura insulté un sénateur ou un chevalier Romain , ou un sénateur de ville ,

aut uxoris fiat injuria , nostra interest vindicare : ideòque per nos actio inferri potest , si modò is , qui fecit , in injuriam nostram id fecisse doceatur.

§. 4. Corpori injuria infertur , cum quis pulsatur , cuique stuprum infertur , aut de stupro interpellatur. Quæ res extra ordinem vindicatur , ita ut pulsatio pudoris , pœna capitis vindicetur.

§. 5. Sollicitatores alienarum nuptiarum , itemque matrimoniorum interpellatores , etsi effectu sceleris potiri non possunt , propter voluntatem perniciosæ libidinis extra ordinem puniuntur.

§. 6. Injuriarum actio aut lege , aut more , aut mixto jure introducta est. Lege duodecim tabularum de famosis carminibus , membris ruptis , et ossibus fractis. Moribus , quoties factum pro qualitate sui , arbitrio judicis aestimatum , congruentis pœnæ supplicio vindicatur. Mixto jure injuriarum actio ex lege Cornelia constituitur , quoties quis pulsatur , vel cujus domus introitur ab his , qui vulgò directarii appellantur : in quos extra ordinem animadvertitur : ita ut prius ingruentis consilium pro modo commentæ fraudis pœna vindicetur exilii , aut metalli , aut operis publici.

§. 7. Injuriarum civiliter damnatus , ejusque aestimationem inferre jussus , famosus efficitur.

INTERPRÉTAT. *Qui pro injuria mediocri , aestimatæ injuriæ damna subire compellitur , quamvis civiliter videatur addictus , tamen infamis efficitur.*

§. 8. Atrox injuria aestimatur aut loco , aut tempore , aut persona. Loco , quoties in publico irrogatur. Tempore , quoties interdii. Persona , quoties senatori , vel equiti Romano , decurioni , vel alias spectatæ auctoritatis viro , etsi plebeius , vel humili loco natus senatori , vel equiti Romano decurioni , vel magistratui , vel

ædili, vel judici, quilibet horum, vel si his omnibus plebeius.

§. 9. Qui per calumniam injuriæ actionem instituit extra ordinem punitur. Omnes enim calumniatores exilio vel insulæ relegatione, aut ordinis amissione puniri placuit.

§. 10. Injuriarum non nisi præsentibus accusare possunt. Crimen enim, quod vindictæ, aut calumniæ judicium expectat, per alios intendi non potest.

§. 11. Fit injuria contra bonos mores, veluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cæno, luto oblinierit, aquas spurcaverit, fistulas, lacus, quidve aliud in injuriam publicam contaminarit: in quos graviter animadverti solet.

§. 12. Qui puero prætextato stuprum, aliudve flagitium abducto ab eo, vel corrupto comite persuaserit, mulierem, puellamve interpellaverit, quidve corrumpendæ pudicitie gratia fecerit, donum præbuerit, pretiumve, quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in insulam deportatur, corrupti comites summo supplicio afficiuntur.

§. 13. Qui carmen famosum in injuriam alicujus, vel alia quælibet cantica, quo agnoscere possit, composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur. Interest enim publicæ disciplinæ, opinionem uniuscujusque turpi carminis infamia vindicare.

INTERPRETAT. *Carmen facit non tantum qui satyras et epigrammata, sed legitimum insectandi alicujus causam. quidve aliud alio genere componit, de ratione, et de personarum dignitate nil cavetur: quoniam omnimodò deformanda est ejus persona, contra quem venimus. Sed in hoc*

ou de colonie, ou tout autre magistrat, ou un édile, ou un juge, ou toute autre personne de semblable rang; ou qu'un plébéien aura été insulté par l'un ou l'autre des ci-dessus désignés.

9. Qui donne lieu à action d'injure par calomnie, en est puni extraordinairement. La peine habituelle des calomnieurs est ou l'exil ou la relégation dans une île, ou la dégradation de son rang.

10. L'action pour injure n'appartient qu'à ceux qui en ont été l'objet; car jugement en réparation ordinaire d'injure, ou tendant à peine de calomnie, ne peut être obtenu par d'autres.

11. Les injures faites contre les bonnes mœurs, sont d'avoir couvert quelqu'un de boue ou de fumier, d'avoir sali les eaux, les rigoles, les lacs; enfin d'avoir exprès souillé quoi que ce soit destiné à un usage public. Tous ces faits sont punissables de peines sévères.

12. Qui a soustrait à son compagnon un enfant de famille noble, et en a abusé, ou s'est permis avec lui quoi que ce soit d'impudique, ou qui, dans ce dessein, a corrompu le compagnon de cet enfant pour mieux réussir; qui a fait des propositions à une femme ou à une jeune fille, ou quoi que ce soit tendant à corrompre la pudeur, ou qui y aura mis un prix, ou aura fait des présents pour en venir à ses fins, et y aura réussi, doit être puni de mort; s'il n'a pas réussi, il doit être déporté dans une île. Les compagnons qui se sont laissés corrompre, qui ont aidé ou facilité la prostitution, sont punis de mort.

13. Tout poème satirique, ou chanson quelconque, composé contre quelqu'un, d'après lesquels on pourrait le reconnaître, sera puni, conformément au décret du sénat, de la déportation dans une île; parce qu'il est de bonne police publique de protéger la réputation d'un chacun contre l'infame lâcheté des calomnieurs.

INTERPRÉT. *L'auteur de tout poème, composé dans la vue de ridiculiser quelqu'un sans sujet légitime; celui qui a composé quoi que ce soit sur la conduite ou le rang des citoyens, est aussi coupable que l'auteur d'une satire ou d'une épigramme; parce qu'il est possible de dénigrer quel-*

qu'un de mille manières, soit quant à ses mœurs, soit quant à son personnel seulement.

14. Si la chanson composée pour déshonorer quelqu'un a été publiquement chantée, ceux qui l'auraient composée et ceux qui l'auraient chantée doivent être punis à l'extraordinaire, et très-sévèrement, sur-tout si celui contre lequel elle a été faite se trouve dans la nécessité de s'en justifier.

15. Les auteurs de libelles injurieux composés exprès pour faire affront à quelqu'un, sont punis de peines extraordinaires, et même de la déportation dans une île.

16. Les appelans ne doivent se permettre aucunes injures envers le premier juge, autrement ils doivent être notés d'infamie.

17. Maudire quelqu'un, est égal à l'avoir publiquement injurié ; celui qui aura été condamné pour ce fait, sera noté d'infamie.

18. Qui a maudit ou injurié quelqu'un, doit non-seulement être noté d'infamie, mais aussi celui qui en a donné le conseil ou en a été la cause.

INTERPRÉT. *On est réputé avoir fait injure aux bonnes mœurs, si on a assailli quelqu'un de propos obscènes, ou ayant le bas du corps à découvert ; de tels faits doivent être punis de peines extraordinaires, pour porter chacun à respecter les mœurs et l'honnêteté publique.*

19. L'esclave qui aura injurié quelqu'un ou aura fait un affront, sera condamné aux mines si l'injure est atroce ; si elle ne l'est pas, il sera rendu à son maître pour être mis aux fers un certain tems, après avoir été fouetté.

TITRE V.

De la fin des procès et de l'effet des jugemens.

1. **L**ES jugemens ne sont valables, qu'autant qu'ils ont été rendus par ceux qui en ont le pouvoir, ou par ceux à qui ceux-ci en ont donné de leur autorité la commission spéciale. Il en est de même de tous jugemens rendus par les magistrats des villes jusqu'à la somme à laquelle ils peuvent

modus quidem et ratio adhibenda est : existimatio enim etiam hoc modo læditur.

§. 14. Psalterium, quod vulgò dicitur canticum, in alterius infamiam compositum, et publicè cantatum, tam in eos, qui hoc cantaverint, quàm in eos, qui composuerint, extra ordinem vindicatur : eo acrius, si personæ dignitas ab hac injuria defendenda sit.

§. 15. In eos auctores, qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem usque ad relegationem insulæ vindicatur.

§. 16. Convicium judici ab appellatoribus fieri non oportet : alioquin infamia notantur.

§. 17. Maledictum, itemque convicium publicè factum ab injuriæ vindictam revocatur : quo facto condemnatus infamis efficitur.

§. 18. Non tantùm is, qui maledictum, aut convicium ingesserit, injuriarum convictus, famosus, efficitur, sed et is, cuius ope, consiliove factum esse dicitur.

INTERPRÉTAT. *Convicium contra bonos mores fieri videtur, si obscæno nomine, aut inferiore parte corporis nudatus, aliquis insectatus sit, quod factum contemplatione morum, et causa publicæ honestatis vindictam extraordinariæ ultionis expectat.*

§. 19. Servus, qui injuriam, aut contumeliam fecerit, si quidem atrocem, in metallum damnatur : si verò levem, flagellis cæsus sub pœna vinculorum temporalium domino restituitur.

TITULUS V.

De effectu sententiarum et finibus litium.

§. 1. **R**ES judicatæ videntur ab his, qui imperium, potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur : itemque à magistratibus municipalibus usque ad summam, qua jus dicere possunt, itemque ab his, qui ab imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem

judex sumptus rem judicatam non facit : sed in pœna inter eos promissa sit, pœna rei in judicium deductæ ex stipulatu peti potest.

§. 2. Confessi debitores pro judicatis habentur : idèdque ex die confessionis tempora solutionis præstituta computantur.

§. 3. Confiteri quis in judicio non tantùm sua voce, sed et litteris, et quocumque modo potest. Convinci autem non nisi scriptura, aut testibus potest.

§. 4. Eorum, qui de debito confessi sunt, pignora capi, et distrahi possunt.

§. 5. Confessionem suam reus in duplum revocare non potest.

§. 6. Ea, quæ altera parte absente decernuntur, vim rerum judicatarum non obtinent.

§. 7. Trinis litteris, vel edictis, aut uno pro omnibus dato, aut trina denunciatione conventus, nisi ad judicem, ad quem sibi denuntiatus est, aut cujus litteris, vel edicto conventus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum judicatarum obtinet; quinimò nec appellari potest ab ea.

INTERPRETAT. Quicumque tribus auctoritatibus judicis conventus, vel tribus edictis ad judicium fuerit provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est, quod causam extinguit, fuerit evocatus, et presentiam suam apud eum judicem, à quo ei denuntiatus est, exhibere noluerit, adversus eum, quasi in contumacem judicari potest. Quinimò nec retractari per appellationem negotia possunt.

§. 8. Quoties in contumacem fuerit judicatum, ab ea sententia, quæ adversus contumaces data est, neque appellari, neque in duplum revocari potest.

§. 9. Res olim judicata post longum silentium in judicium deduci non potest, nec eo nomine in duplum revocari. Lon-

juger; de ceux rendus par commissaires délégués par l'empereur. Décision d'arbitre nommé par compromis ne fait pas jugement; mais s'il a été convenu entre les parties qu'elles en passeraient par cette décision, on peut, en cas de refus, la faire confirmer par le juge en conséquence de la convention existante, dont il devra lui être justifié.

2. Les débiteurs qui sont convenus de leurs dettes, sont réputés jugés; aussi les délais pour paiement se comptent-ils du jour de leur aveu.

3. Aveu de vive voix fait en justice n'est pas le seul dont on puisse se prévaloir; on peut aussi prouver par écrit ou autrement qu'il a été fait. La preuve qu'un aven a eu lieu hors la présence du juge, se fait par des écrits ou par témoins.

4. Aussitôt qu'un débiteur a avoué sa dette, on en peut recevoir ou exiger un gage.

5. Celui qui a avoué sa dette ne peut être condamné à la payer double.

6. Les jugemens rendus contre personnes absentes n'ont pas force de chose jugée.

7. Qui ne se sera pas présenté devant le juge devant lequel il aura été appelé, sur troisième citation ou troisième ordonnance, et parfois sur une seule ordonnance exprès rendue, ou sur troisième dénonciation, sera condamné comme contumax. Le jugement rendu aura force de chose jugée, on ne pourra pas même en appeler.

INTERPRÉT. Quiconque aura été cité trois fois devant son juge, ou aura été appelé en jugement par trois ordonnances, ou par une seule péremptoire, c'est-à-dire, qui aura été rendue avec indication expresse de jour pour jugement définitif, et qui ne se sera pas présenté en personne, pourra être jugé comme contumax. Dans ce cas le jugement ne pourra être réformé par le juge supérieur.

8. Toute fois qu'un jugement de contumax a été rendu, on n'en peut appeler, ni revenir contre par opposition tendante à faire rejurer.

9. Jugement par défaut rendu ne peut pas être réformé, si le condamné a trop gardé long-tems le silence. Il y a eu de sa

part trop long silence, lorsqu'il a duré, comme pour prescription, pendant dix ans entre présens, et pendant vingt ans entre absens.

10. En cause capitale, personne ne peut être condamné par défaut, absent ne peut aussi ni accuser personne, ni être accusé par personne.

11. Lorsque la religion du juge aura été surprise à l'aide de pièces fausses, et le jugement rendu avant que le faux ait été reconnu, on pourra à bon droit se pourvoir pour faire réformer ce jugement.

12. On peut toujours revenir sur des erreurs de calcul depuis reconnues; mais, pour cela, il ne faut pas que le long silence l'interdise.

TITRE VI.

Des maintenues provisoires.

1. **L**ES provisoires ont pour objet de nous maintenir provisoirement (jusqu'à jugement du fond sur contestation de propriété), sans égard à aucun moyen de réclamation, à retenir la jouissance d'une chose que nous avons possédée, et que nous ne voulons pas abandonner; telles sont celles contenues dans ces formules: continuez de posséder ainsi que par le passé, s'il s'agit de bien fonds; ou prouvez la violence, s'il s'agit d'effets mobiliers. Au premier cas, on préfère celui qui, au tems où le provisoire peut être prononcé, n'est pas accusé par son adversaire d'avoir possédé de force, ni en cachette, ni à titre précaire; au second cas, il faut préférer celui qui a joui pendant l'année sans violence, ni en cachette, ni à titre précaire.

INTERPRÉT. On appelle provisoires les jugemens qui ne doivent avoir d'exécution que pendant un certain tems, et qui n'ont d'autre objet que de laisser, pour le moment actuel, la possession d'une chose à celui qui l'a; c'est-à-dire, que s'il s'agit de chose censée perdue, et que celui qui l'a perdue se soit pourvu dans l'année de la perte contre celui qui l'a, c'est à lui que le juge doit d'abord la faire rendre, les contestans étant tous deux présens; sauf ensuite à celui-ci à prouver, s'il veut

gum autem tempus, exemplo longæ præscriptionis, decennii inter præsentis, et inter absentes vicennii computatur.

§. 10. In causa capitali absens nemo damnatur, neque absens per alium accusare aut accusari potest.

§. 11. Falsis instrumentis religio judicis circumducta, si jam dicta sententia prius de crimine admissa constiterit, ejus causæ instauratio jure depositur.

§. 12. Ratio calculi sæpius se patitur supputari, atque ideò potest quocunque tempore retractari, si non longo tempore evanescat.

TITULUS VI.

De Interdictis.

§. 1. **R**ETINENDÆ possessionis gratia comparata sunt interdicta per quæ eam possessionem quam jam habemus, retinere volumus, quale est, uti possidetis de rebus soli: et utrum vi, de re mobili. Et in priore quidem is prior est, qui redditus interdicti tempore nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possedit. In altero verò potior est, qui majore parte anni retrorsum numerati, nec vi, nec clam, nec precario possedit.

INTERPRÉTAT. Interdicta dicuntur, quasi non perpetua sententia, sed ad tempus interim dicta, hoc est, à judice momentum priori reddere possessori. Id est, ut si quis possidens intra anni spatium, quod amisisse videtur, præsentibus litigatoribus, judice ordinante recipiat, et postmodum si voluerit, tam de vi, quàm de rei proprietate confligat. Nam si talis casus emerit, ut adventitiam quolibet titulo rem novus possessor adeat, et eam majore parte anni, id est, plus quàm sex

mensibus teneat, et ab alio hæc res quam tenuit, auferatur, et ille qui abstulit, quatuor aut quinque mensibus teneat. Si intra ipsum annum de momento fuerit actum, priori possessori, qui majore parte anni possedit, res à judice, partibus præsentibus, meritò reformatur, ita ut de negotii qualitate partes sequenti actione confligant. Sin verò qui abstulit majori parte anni possedit, ante judicium momenti beneficium reddere non compellitur.

§. 2. Ut interdictum, ita et actio proponitur, ne quis via publica aliquem prohibeat. Cujus rei sollicitudo ad viarum curatores pertinet, à quarum munitione nemo exceptus est. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeanes impediantur, demolito opere condemnatur.

§. 3. Non tantùm si ipse dominus possessione dejiciatur, utile interdictum est, sed etiam si familia ejus. Familiæ autem nomine etiam duo servi continentur.

§. 4. Vi dejicitur non tantùm qui oppressu multitudinis, aut fusilium, aut telorum, aut armorum metu terretur : sed et is qui violentiæ opinione comperta possessione cessit, si tamen adversarius eam ingressus sit.

§. 5. De navi vi dejectus hoc interdicto experiri non potest, sed utilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo de vi honorum raptorum datur. Idemque de eo dicendum est, qui carruca, aut equo dejicitur, quibus non abductis injuriarum actio datur.

sa propriété, ou à prouver que la chose lui a été prise de force. Mais si, par exemple, il s'agissait d'une chose qu'on aurait trouvée, n'importe comment, et dont un homme serait resté en possession la plus grande partie de l'année, c'est-à-dire plus de six mois, et que cette même chose lui ait été enlevée et gardée par un autre pendant cinq mois ; si le premier la réclame dans l'année de l'enlèvement, c'est à lui que le juge doit avant tout, si les deux parties sont présentes, ordonner qu'elle sera remise ; sauf ensuite à contester entre eux sur la propriété de cette chose. Si au contraire celui qui l'a enlevée l'a possédée pendant la plus grande partie de l'année, le juge ne pourra pas par provision l'en dessaisir.

2. Une action ayant pour objet de faire faire défense à quelqu'un d'empêcher l'usage d'un chemin public, on prononce aussi par provision. Ces sortes d'actions appartiennent, envers et contre tous sans exceptions, aux inspecteurs de la voirie. Si quelqu'un avait fait sur le chemin quelque construction qui gênât les passans, il devra être condamné à l'abattre.

3. Le provisoire doit être prononcé non-seulement en faveur du maître qui a été expulsé de force de sa possession, mais aussi en faveur de sa famille à qui pareille chose serait arrivée. Le mot de famille s'applique à deux de ses esclaves comme à un plus grand nombre.

4. Il y a lieu à réintégration provisoire non-seulement lorsque le possesseur a cédé au nombre, ou par crainte des traits, ou des armes dont il a été menacé, mais encore s'il a été poussé à se retirer, par la résolution bien prononcée de lui faire violence pour le chasser, et si son adversaire est de suite entré sur son bien.

5. Celui qui a été expulsé par force d'un navire, ne doit pas être réintégré par provision. Il ne lui appartient aucune autre action que celle tendante à recouvrer sa propriété ; il en est d'un vaisseau, dans ce cas, comme de vol de tout autre bien. On en doit dire autant de celui à qui on a enlevé son char ou son cheval, auquel on n'a pas donné le droit de se pourvoir comme pour injure.

6. Celui qu'on a retenu de force dans un champ, ou qu'on a effrayé dans un chemin pour l'empêcher de parvenir à son bien, est censé en avoir été expulsé par force.

7. Qui ne possède que par force ou en cachette, ou à titre précaire, peut être impunément expulsé par son adversaire.

INTERPRÉT. *On ne possède que par force, lorsqu'on ne possède qu'après avoir expulsé de force son adversaire. On ne possède qu'en cachette, lorsqu'on ne possède qu'à l'insu et sans le consentement du propriétaire. La possession n'est que précaire, lorsque le possesseur ne prétend posséder que de permission par lui obtenue du maître, ou de son créancier nanti.*

8. Quelques-unes des choses dépendantes d'une propriété dont on aurait été expulsé par force, s'étant perdues, les esclaves s'en étant en allés, celui qui se sera ainsi emparé de la propriété d'autrui devra être condamné à les payer sur estimation, quand bien même ces accidens ne proviendraient pas de son dol.

INTERPRÉT. *Si quelques-unes des choses dont on ne s'est mis en possession que par force viennent par hasard à périr, ou si les esclaves occupés de force viennent à mourir, celui qui se sera ainsi mis en possession, en sera par cela seul responsable, quand même d'ailleurs on n'aurait à lui reprocher aucune autre fraude.*

9. Si des voisins tirent leur eau d'une même conduite, il faut, par provision, en réserver l'usage établi entre eux pour la jouissance. Il est défendu de s'opposer de vive force à la prise actuelle de l'eau. Si en se servant de l'eau d'autrui on l'en a privé, le dommage s'estime en argent. C'est au président de la province à juger de ces sortes de contestations.

10. Il y a lieu à action à envoi en possession provisoire, lorsqu'il s'agit de restitution de la jouissance d'une chose qu'on ne possédait qu'à titre précaire. Il en est, au civil, de cette action, ainsi que de celle résultante du prêt à usage, et cela parce qu'aucun service ne doit être une occasion de perte pour celui qui l'a rendu.

INTERPRÉTAT. *Lorsque la jouissance*

§. 6. *Vi dejectus videtur, et qui in prædio vi retinetur, et qui in via territus est, ne ad fundum suum accederet.*

§. 7. *Qui vi, aut clam, aut precario possidet, ab adversario impunè dejicitur.*

INTERPRÉTAT. *Vi possidet, qui impetu efficaci depulso adversaria possidet. Clam possedissee videtur, qui ignorante et inscio domino possessionem occupat. Precario, qui per precem postulat, ut ei possessionem permissu domini vel creditoris fiduciam morari liceat.*

§. 8. *Ex rebus vi possessis si aliquæ res arserint, vel servi decesserint, licèt id sine dolo ejus, qui dejecit, factum sit, æstimatione tamen condemnandus est, qui ita voluit adipisci rem juris alieni.*

INTERPRÉTAT. *Si ex rebus, quas violenter aliquis occupavit, quælibet quacunquæ occasione perierint, aut arserint, vel servi violenter occupati, mortui fuerint, qualibet fraude illius qui occupavit, id quod perit factum non videatur, tamen ab ipso quæcunquæ perierint reddenda sunt, qui rem juris alieni violenter visus est occupasse.*

§. 9. *Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, induci prius debet ex his vicibus, quibus à singulis duci consuevit: ducenti autem vis fieri prohibetur. Alienam autem aquam usurpanti nummaria pœna irrogatur. Cujus rei cura ad sollicitudinem præsidis expectat.*

§. 10. *Redditur interdicti actio, quæ proponitur ex eo, ut quis quod precario habet restituat. Nam et civilis actio hujus rei, sicut commodati, competit eo vel maximè, quod ex beneficio suo unusquisque injuriam pati non debet.*

INTERPRÉTAT. *Si quando alicujus præ-*

cibus exorati, aliquid cuicumque possidendum ad tempus fuerit præstitum, et ad primam admonitionem hoc ipsum reddere noluerit, datur adversus eum interdictum, et actio justa proponitur, quæ actio civilis est, velut si de commodato agatur, ut res ipsa præstita sine aliqua difficultate reddatur. Quia pro beneficio suo patiquemcunque injuriam non oportet.

§. 11. Precario possidere videtur, non tantum qui per epistolam, vel quacumque alia ratione hoc sibi concedi postulavit; sed et is, qui nullo voluntatis iudicio, patiente tamen domino possidet.

§. 12. Heres ejus, qui precariam possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendum est clam videri possidere. Nullæ enim preces ejus videntur adhibitæ. Et ideò persecutio ejus rei semper manebit, nec interdicto locus est.

INTERPRETAT. *Si heres ejus in ea possessione, quam auctor suus precario possederat, post mortem illius manserit, magis æstimandus est clam, id est, occultè manere. Actio tamen proprietatis domino adversus eum, qui ita manserit, jure competit.*

§. 13. Arbor quæ in alienas aedes, vel in vicini agrum imminet, nisi à domino sublucari non potest, isque conveniendus est, ut eam sublucet. Quòd si conventus dominus id facere noluerit, à vicino luxuries ramorum compescitur. Idque qualiscumque dominus facere non prohibetur.

§. 14. Adversus eum, qui hominem liberum vinxerit, suppresserit, incluserit, operamve, ut id fieret, dederit, tam interdictum, quam legis Fabiæ super ea re actio redditur. Et interdicto quidem id agitur, ut exhibeatur is, qui detinetur: lege autem Fabia, ut etiam pœna nummaria coercetur.

d'un bien n'a été délaissée à quelqu'un qu'à sa prière et pour un tems, si le détenteur refuse de le remettre à la première réquisition, il y a lieu à rentrée provisoire; on peut demander cette action civile, l'assimiler à celle à fin de restitution, sans aucun retard, de la chose prêtée pour en user seulement. Il n'est pas juste que nos bienfaits tournent à notre détriment.

11. Celui-là est censé posséder précairement, qui n'a joui qu'en vertu de permission écrite ou non. Il en est de même aussi de celui qui a joui sans permission expresse, mais seulement par la complaisance du propriétaire.

12. Lorsque la chose possédée par quelqu'un à titre précaire passe à son héritier, on peut considérer ce dernier comme possédant en cachette; car rien ne prouve qu'il en ait eu la permission du propriétaire. A celui-ci appartiendra donc toujours le droit de la répéter, mais sans pouvoir en être envoyé en possession provisoire.

INTERPRÉT. *Si un héritier a retenu la possession de ce dont son auteur ne jouissait qu'à titre précaire, le mieux est de croire qu'il ne la possède qu'en cachette; le propriétaire peut toujours la réclamer contre lui.*

13. L'arbre dont les branches s'étendent sur la demeure ou sur le champ du voisin et y nuisent, ne peut être élagué que par celui auquel il appartient; c'est au voisin auquel cet arbre nuit à en avertir l'autre, et à le prier de l'élaguer de son côté. Si, après cet avertissement, le propriétaire de l'arbre n'en coupe pas les branches nuisant à son voisin, celui-ci pourra lui-même les couper, et même toutes les fois que le propriétaire de l'arbre ne s'y opposera pas.

14. Il y a autant lieu à jugement provisoire qu'à action ordinaire, selon la loi Fabia, contre celui qui aurait lié, fait disparaître ou enfermé un homme libre, ou contre quiconque serait provocateur de semblables faits. Dans ce cas, le provisoire a pour objet la représentation de la personne détenue; la loi Fabia est aussi relative à la peine pécuniaire.

INTERPRÉT. *Quiconque aurait lié, caché, ou tenu enfermé un homme libre, ou concouru à l'un de ces faits, peut être actionné, selon la loi Fabia, à fin de représentation de la personne tenue enfermée ou liée; il doit en outre être puni pécuniairement de tels faits, d'après la même loi.*

15. Il a été défendu au père, par le divin Pie, de séparer les époux d'accord entre eux. Il est également défendu de séparer l'affranchi de son patron, le fils ou la fille de leur père et mère; à moins qu'il ne s'agisse de les placer plus utilement pour eux-mêmes.

16. Quiconque a obligé en général tous ses biens présens et futurs à paiement, n'est pas censé avoir aussi obligé ni sa concubine, ni son fils naturel, ni l'enfant dont il prend soin, ni quoi que ce soit destiné à son usage journalier. Le créancier ne peut obtenir l'interdit contre lui.

INTERPRÉT. *Si un débiteur a engagé à son créancier tout ce qu'il a et aura par la suite, pour sûreté de sa créance, il ne sera pas censé lui avoir engagé ni sa concubine, ni son fils naturel, ni son élève. Si le créancier répétait ces choses, elles ne pourraient lui être accordées pour raisons que nous avons données plus haut.*

TITRE VII.

Des Obligations.

1. **L**ES stipulations ne sont autres que certaines paroles exprès consacrées pour donner toute force à une obligation. Elles ont été ainsi appelées, pour exprimer qu'une obligation n'existe que par elles; nos ancêtres appelaient le stipulé, l'appui, la base de l'obligation.

2. Obligation par paroles ne se contracte qu'entre présens; mais si l'on a souscrit une promesse d'obligation à quelqu'un, ce titre vaudra comme si ayant été interrogé ou avait répondu.

INTERPRÉTAT. *Entre présens, pour*

INTERPRÉTAT. *Si quicumque hominem liberum ligaverit, absconderit, incluse-rit, aut ut id fieret, solatium præbuerit, adversus eum legis Fabiæ actio datur, id est, ut exhibeatur is, qui in clusura, aut in vinculis detinetur, ab eo qui fecisse convincitur. Aut secundum legem Fabiam puniendus est, aut secundum æstimationem judicis pœna nummaria feriendus est.*

§. 15. *Benè concordans matrimonium separari à patre divus Pius prohibuit; itemque à patrono libertum, à parentibus filium, filiamque, nisi fortè quærat, ubi utilius morari debeat.*

§. 16. *Omnibus bonis, quæ habet, quæque habiturus est, obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea quæ in usu quotidiano habet, obligantur: ideòque de his nec interdictum redditur.*

INTERPRÉTAT. *Si quis debitor creditori suo talem fecerit cautionem, ut omnia ei quæ in bonis suis habet, vel quæ habiturus est, oppignorasse videatur, in tali conditione nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea quæ in usu quotidiano habet, obligata videri possunt. Nec momentum, si creditor petat, de his rebus quas superius diximus, accipere potest.*

TITULUS VII.

De Obligationibus.

§. 1. **O**BLIGATIONUM firmandarum gratia stipulationes inductæ sunt, quæ quadam verborum solemnitate concipiuntur: et appellatæ, quod per eas firmitas obligationum constringitur. Stipulum enim veteres firmum appellaverunt.

§. 2. Verborum obligatio inter præsentés, non etiam inter absentes contrahitur. Quòd si scriptum fuerit instrumento promississe aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione præcedente reponsum sit.

INTERPRÉTATIO. *Verborum obligatio*

idèd inter præsentès constare videtur, quia necesse est, ut is, qui aliquid redditurum se promittit, ad creditoris interrogata respondeat, si interrogatus fuerit, Istud dabis? Ille respondet: Dabo. Si interrogatus fuerit: Promittis? Ille respondet: Promitto. Sed si scribat aliquis, se quancunque summam redditurum, ita habetur, quasi ad interrogata responderit. Idèd ad reddhibitionem secundùm scripturæ ordinem retinetur.

§. 3. *Fructuarius servus, si quid ex re fructuarii aut ex operis suis acquirit, ad fructuarium pertinet. Quidquid autem aliunde, vel ex re proprietaria acquirit, domino proprietatis acquirit.*

§. 4. *Cùm facto promissoris res in stipulatum deducta intercidit, perinde agi ex stipulatu potest, ac si ea res extaret. Idèd promissor æstimatione ejus punitur, maxime si in dolum quoque ejus concepta fuerit stipulatio.*

INTERPRET. *Qui aliquid se cuicunque redditurum esse promiserit, si ejus facto res promissa depereat, ita eam is, cui promissa est, ab eo recipere potest, tanquam non perierit. Idèdque promissor, æstimatione habita, pretium ejus rei quæ perierit, reformare compellitur. Quod in eo magis observandum est, si promissoris fraude fuerit factum.*

TITULUS VIII.

De Novationibus.

NON solum per nosmetipsos novamus quod nobis debetur, sed per eos etiam, per quos stipulari possumus: veluti per filium-familias, vel per servum jubendo, vel ratum habendo. Procurator quoque noster ex jussu nostro, receptum est, ut novare possit.

INTERPRETAT. *Novatio est, quoties causa novatur.*

qu'une obligation ait eu lieu, il faut absolument qu'elle résulte d'une certaine solennité de paroles, telles que le débiteur interrogé par son créancier, lui ait promis ce qu'il lui doit. Ainsi que lorsque le créancier a dit à son débiteur, vous me donnerez cela, et que le débiteur a répondu, je vous le donnerai; ou vous me promettez telle chose: je vous le promets. Si au contraire on écrit à un autre qu'on lui rendra une certaine somme, c'est comme si celui-ci avait été interrogé et avait répondu; il doit ce qu'il s'est engagé par écrit à payer.

3. *L'usufruitier profite de tout ce que l'esclave attaché à l'usufruit en retire, ou gagne par son travail; mais ce que cet esclave acquiert tout autrement, ou fait naître sur le fonds, appartient au propriétaire.*

4. *Lorsque la chose promise pèrit par la faute de celui qui a promis, on peut exiger cette chose aux termes de la stipulation, comme si elle existait; on peut du moins forcer l'obligé à la payer, sur-tout s'il y a eu fraude quant à la promesse de l'obligé.*

INTERPRÉT. *Si quelqu'un s'est engagé à livrer quelque chose, et que cette chose périsse par la faute de celui qui l'a promise, celui à qui elle a été promise peut l'exiger, comme si elle n'était pas perie. C'est alors le cas de répéter contre l'obligé le prix auquel elle aurait été estimée, et principalement si c'était par la fraude de cet obligé que la chose eût été perdue.*

TITRE VIII.

Des Novations.

NON-SEULEMENT nous pouvons nous-mêmes changer le titre de notre créancier, mais ce titre peut aussi être changé par ceux qui peuvent nous obliger, tels que le fils de famille, et notre esclave auquel nous en aurions donné pouvoir, ou dont nous aurions ratifié le fait; ou bien encore notre fondé de pouvoir exprès et pour novation.

INTERPRÉT. *Novation se dit de nouvelle cause ou de nouveau titre de créance.*

TITRE IX.

Des Stipulations.

1. **L'**HÉRITIÉRIER substitué peut exiger de l'héritier institué caution, pour la conservation de ce dont l'institué n'a droit de jouir que sous cette condition. Faute par l'institué de fournir cette caution, il doit le double des fruits de ce qui s'est détérioré, à compter du jour qu'elle a été requise. Ce n'est pas ici le cas, comme dans l'espèce précédente, de savoir si la caution ne doit avoir lieu que pour une somme fixe de cent sesterces, ou si elle doit répondre de tout et toujours.

INTERPRÉT. *Celui auquel un héritier a été chargé de rendre une hérédité, peut, aussitôt que celui-ci voudra se mettre en possession, exiger de lui une garantie ou caution, qu'il ne diminuera ou ne détériorera en rien cette hérédité. Du jour où cette garantie a été requise, l'héritier chargé de restituer est tenu de rendre toute chose perdue, ainsi que le double de ses fruits.*

2. Les doubles fruits courent du jour du jugement rendu; ceci s'applique également à ceux qui doivent ou qui ont droit de recevoir, ainsi qu'à leurs héritiers, ou procureurs, ou ayant droits, ou cautions, dans leurs qualités respectives.

INTERPRÉT. *S'il y a retard de paiement après le jugement rendu, les doubles fruits courent du jour de ce jugement, et ils sont dus non-seulement par ceux qui ont été condamnés, mais même par leurs héritiers, procureurs, ayant droits, ou cautions; tous ceux-ci en sont tenus, ainsi que celui qui doit les payer.*

3. Toutes les fois qu'après jugement on aura promis, par stipulation postérieure, d'y satisfaire, le retard du créancier dans l'exercice de l'action, n'empêchera pas qu'il ne puisse répéter son dû.

INTERPRÉT. *Lorsqu'il aura été rendu jugement définitif dans une affaire, et que le condamné aura depuis promis de payer, si celui qui aura agréé cette promesse néglige d'actionner en conséquence, il n'en*

TITULUS IX.

De Stipulationibus.

§. 1. **S**UBSTITUTUS heres ab instituto, qui sub conditione scriptus est, utiliter sibi institutum hac stipulatione cavere compellit, ne petita bonorum possessione res hereditarias diminueat. Hoc autem casu ex die interpositæ stipulationis duplos fructus præstare compellitur. Hujus enim præjudicium à superiore differt, quò quæritur, an ea res, de qua agitur, major sit centum sestertiis, ideòque in longiorem diem concipitur.

INTERPRÉT. *Substitutus heres, eum qui sub conditione heres institutus est, adita hereditate compellere potest, ut sibi heres institutus caveat, id est, cautione promittat, hanc ipsam hereditatem à se in nullo penitus minuendam. Quo facto, si quid de hereditate fuerit imminutum, duplos fructus ejus rei à die cautionis institutus aut heres instituti redhibere compellitur.*

§. 2. Ex die accepti judicii dupli fructus computantur. Et tam dantes, quàm accipientes, heredes quoque eorum procuratores, cognitorumque personæ, itemque sponsos eadem stipulatione comprehenduntur, eorumque quo quorum nomine promittitur.

INTERPRÉTAT. *Ex die, qua de causa fuerit judicatum, si in redhibitione mora facta fuerit, dupli fructus computantur, et tam hii qui addicti fuerint, quàm etiam heredes eorum, vel procuratores, aut cognitores, vel fidejussores eadem promissio comprehendit, qui etiam tenendi sunt, quorum nomine facta fuerit promissio.*

§. 3. Quoties judicatum solvi stipulatione satisfidatur, omnia ejus actio rei judicatæ persecutionem non excludit.

INTERPRÉT. *Si quando causa per judicium fuerit terminata, et judiciali solutio fidejussione interposita fuerit repromissa, si is cui fidejussio præbita est, hujus rei actionem qualibet ratione tar-*

daverit, à persecutione rei quæ addicta est, non excluditur.

§. 4. *Emancipati liberi præteriti, si velint, se miscere paternæ hereditati, et cum his, qui in potestate remanserint communis patris dividere hereditatem, antequam honorum possessionem petant, de conferendo cavere cum satisfactione debent. Quòd si satisfacere non possunt, statim ex fide honorum confusionem, excepto peculio castrensi facere cogendi sunt.*

INTERPRÉT. *Emancipati filii, si patris testamento fuerint prætermis, et se paternæ hereditati cum reliquis fratribus miscere voluerint, de confundendis rebus, quas à patre emancipationis tempore perceperint, fidejussore dare compelluntur, qui eos omnia divisioni refusuros sua fidejussione promittant. Quòd si hujusmodi fidejussores non dederint, statim fide media confusionem rerum omnium, quas acceperunt, facere compelluntur: exceptis tamen rebus, quas de castrensi peculio habere probantur.*

TITULUS X.

De contrahenda auctoritate.

OB metum impendentis damni vicinus vicino satisfacere debet, additis sponsoribus super eo, quod damni acciderit. De communi pariete utilitatis causa hoc cœpit observari, ut ædificet quidem, cui ædificare interest: cogatur verò socius portiois suæ impensas agnoscere.

INTERPRÉT. *Si quando aliquibus vicinus paries ruinæ metum videatur ostendere, invicem sibi datis fidejussoribus, promittere debent, ut si cui vicinus paries damnus fecerit, à socio sarciat. Sed si ab uno ex his communis paries propter metum ruinæ fuerit reparatus, expensas fabricæ socius illi pro portione sua præstare cogendus est.*

aura pas moins le droit de suivre l'exécution de son jugement.

4. Lorsque des enfans émancipés, oubliés, voudront partager la succession de leur père avec les autres enfans restés sous la puissance paternelle, ils devront, avant tout, s'obliger avec caution, de rapporter ce qu'ils auraient reçu; faute de ce, ils pourront être contraints de droit de confondre tout dans la succession, excepté leur pécule militaire.

INTERPRÉT. *Si les enfans émancipés avaient été oubliés par leur père dans son testament, et qu'ils veuillent partager sa succession avec leurs autres frères, ceux-ci pourront exiger d'eux caution de rapporter à la masse ce qu'ils auraient reçu du père commun lors de leur émancipation. Faute par eux de donner cette caution, ils pourront être forcés de rapporter aussitôt à la masse, et d'après estimation, tout ce qu'ils auraient reçu, excepté ce qu'ils pourront prouver leur appartenir personnellement à titre de pécule militaire, ou autre de ce genre.*

TITRE X.

De l'Obligation légale.

LORSQU'IL y a lieu à danger imminent de voisin à voisin, il doit être fait promesse, avec caution, de contribuer à réparer le dommage, s'il en arrivait. S'il s'agit d'un mur mitoyen, voici d'abord ce qui s'observe: c'est à celui qui croit y avoir le plus d'intérêt à le faire reconstruire; mais il peut forcer l'autre à se reconnaître débiteur des dépenses de reconstruction, selon sa portion de ce mur.

INTERPRÉT. *Un mur mitoyen menaçant ruine, les deux voisins doivent s'obliger entr'eux réciproquement, et avec caution, à indemniser du dommage de sa chute celui des deux qui en souffrirait; et si, dans la crainte de la chute de ce mur, l'un des deux voisins le faisait réparer, il aura le droit de répéter contre l'autre la portion de dépense qu'il en doit supporter.*

TITRE XI.

Des Donations.

1. **T**OUT ce qui a été remis par la mère à son gendre, en présence de sa fille, et en sus de la dot, en faveur des noces, est censé ne lui avoir été remis qu'à titre de don.

2. La prise de la possession de la chose ainsi donnée et déniée, ne peut résulter que du fait de la donation, et non du droit commun; cette preuve ne résultera donc que de la possession actuelle elle-même du gendre, si cette preuve est possible.

INTERPRÉT. *Toutes les fois qu'il y a contestation sur délivrance d'une chose prétendue livrée, la preuve de sa délivrance peut moins se tirer du droit commun ou d'aucun écrit, que de celle du fait lui-même. Il ne peut, en ce cas, être admis aucune autre preuve que celle résultante de la possession actuelle de la chose de la part de celui auquel on soutient qu'elle a été livrée.*

3. Lorsque le père a, de son vivant, donné quelque chose à son fils, est décédé en persistant dans la même volonté, la donation est confirmée par la mort du père.

4. Lorsqu'une même chose a été donnée à deux, celui qui s'en trouve en possession y a seul droit. Il n'importe pas de savoir si elle a été d'abord remise à l'un et ensuite à l'autre, et s'il doit y avoir préférence entre eux.

INTERPRÉTAT. *Lorsqu'on a fait don, par acte régulier, d'une même chose à deux; d'abord à l'un et depuis à l'autre, il n'est pas nécessaire, à l'égard de ces sortes de donations, de s'inquiéter qui a eu en premier ou en second; c'est celui qui aura possédé, le maître ayant livré, qui restera possesseur. Cette règle concerne aussi bien les donations faites par étrangers que celles faites par parens.*

5. Celui qui donne ne peut être forcé de garantir l'éviction de la chose donnée, ni être tenu de la garantie promise pour lui. A possesseur de chose seulement lucrative, ne peut, en bon droit, appartenir aucune action en garantie.

INTERPRÉT. *Quiconque a donné par*

TITULUS XI.

De Donationibus.

§. 1. **S**PECIES extra dotem à matre in honorem nuptiarum, présente filia genero traditæ, donationem perfecisse videntur.

§. 2. Probatio traditæ, vel non traditæ possessionis, non tam in jure, quàm in facto consistit: ideòque sufficit ad probationem, si rem corporaliter teneant.

INTERPRÉT. *Si inter aliquos de tradita, aut non tradita re nascatur intentio, hujus rei probatio non in jure, aut in scriptura, sed in facto constat. Ideò ad omnem probationem sufficit, si res ab eo, qui sibi traditam asserit, teneatur.*

§. 3. Pater si filiofamilix aliquid donaverit, et in ea voluntate perseverans decesserit, morte patris donatio convalescit.

§. 4. Cùm unius rei in duos donatio confertur, potior est ille, cui res tradita est. Nec interest posterior quis, an prior acceperit, et exceptæ necne personæ sint.

INTERPRÉT. *Si aliquis unam rem duobus per legitimas scripturas donaverit, uni prius, et alteri postea, non quærendum est in his donationibus, qui prior, qui posterior sit; sed qui rem tradente donatore possederit, is eam, cui est tradita possidebit: nec interest, utrum in parentes an in extraneos talis sit facta donatio.*

§. 5. Invitus donator de evictione rei donatæ promittere non cogitur, nec eo nomine si promiserit oneratur: quia lucrativæ rei possessor ab evictionis actione ipsa juris ratione depellitur.

INTERPRÉT. *Si aliquis rem juris sui,*

scriptura interveniente, donaverit, evictionis pœnam sibi constituere invitus non compellitur. Ad quam etiam si volens promiserit, non potest retineri. Quia res quæ lucrum alteri facit, damnum pro munere sui donatori inferre non poterit. Et si ad hanc rem is, cui donatum est, donatorem voluerit attinere, ab hac actione omnimodis removetur.

§. 6. *Ei qui aliquem à latrunculis, vel hostibus eripuit, in infinitum donare non prohibemur; si tamen donatio, et non merces eximii laboris appellanda est: quia contemplationem salutis certo modo æstimari non placuit.*

INTERPRET. *Si quis aliquem de imminente periculo, id est, de latronum aut hostium persecutione, vel manu eripuit: quicquid vel quantum, aut si omnia ei is qui liberatus est, pro salutis suæ mercede donaverit, nec ab ipso donatore, nec ab heredibus ejus repeti potest. Quia vitæ præmium nulla potest æstimatione prælii pensari.*

TITULUS XII.

De jure fisci et populi.

§. 1. **E**JUS bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem conscivit, fiscus vindicat. Quod si tædio vitæ, aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicujus impatientia hoc admisit, non inquietabuntur, sed ordinaria successione relinquentur.

INTERPRET. *Si quis sibi pro aliquo admissio crimine mortem intulerit, facultates ejus fiscus vindicat. Nam si ingratitude malæ vitæ, aut propter verecundiam contracti enormis debiti, vel impatientia valetudinis, mortem sibi intulerit, bona ejus suis, aut legitimis heredibus nullatenus auferuntur.*

écrit ce qui lui appartenait, ne peut être forcé de s'imposer une peine en cas d'éviction; quand même il l'aurait consentie, il n'en résultera aucune action. Chose donnée à titre seulement lucratif, ne peut engendrer aucune action en garantie de la bienfaisance. Dans le cas où le donataire voudrait se prévaloir de la garantie promise, il doit être absolument déclaré non recevable.

6. Les libéralités à cause de délivrance des ennemis, ou d'entre les mains des voleurs ne sont pas bornées, supposé même qu'on puisse les considérer plutôt comme donation que comme récompense du plus grand service qui puisse être rendu. Ce qu'on a fait dans la vue de sa conservation, ne peut être l'objet d'aucune autre estimation que celle faite à l'instant du péril par le donateur lui-même.

INTERPRÉT. *Si quelqu'un a été soustrait par un autre à un péril imminent; si, par exemple, il avait été délivré des ennemis ou des mains d'une bande de voleurs, quelque chose qu'il ait donnée à son libérateur, quand même il lui aurait donné toute sa fortune pour récompense, il ne pourra rien en être réclamé ni par lui ni par ses héritiers: il est impossible de fixer aucun prix à la vie d'un homme.*

TITRE XII.

Du droit du fisc et du peuple.

1. **L**E fisc n'a aucun droit sur les biens de celui qui, seulement accusé d'un crime, s'est donné la mort. Il en sera alors comme s'il se fut tué par dégoût de la vie, ou parce qu'il se serait trouvé accablé de dettes, ou par excès de douleurs en maladie, sa succession appartiendra en entier à ses héritiers, sans que personne puisse y rien prétendre que selon le droit commun.

INTERPRÉT. *Les biens de celui qui, accusé d'un crime, se sera donné la mort, ne peuvent être confisqués: il n'en sera alors que comme si, excédé des peines de la vie, de l'énormité de ses dettes, ou des souffrances d'une maladie, il avait lui-même mis fin à son existence, ses héritiers légitimes ou institués ne pouvant, pour aucun*

aucun de ces cas, être privés de sa succession.

2. Héritier futur qui aura empêché lui-même son parent ou son allié de faire son testament, ou qui sera parvenu à soustraire le testament qu'il aurait fait, sera, comme indigne, privé de sa succession.

3. Si le père ou le maître ayant attaqué comme faux le testament par lequel leur fils ou leur esclave aurait été institué héritier, ou simple légataire, a succombé, la succession ou le legs appartiendra au fisc.

4. Il est d'usage de secourir celui qui, en bas âge, a attaqué un testament et qui a succombé, sur-tout s'il ne l'a fait que par le conseil de son tuteur ou de son curateur.

5. Personne ne peut exercer aucun office dépendant du fisc dans la province dont il est originaire, de peur qu'il n'en puisse être pris prétexte de l'accuser de trop de faveur, ou de trop de sévérité envers ou contre qui que ce soit.

6. Toutes les fois que les officiers du fisc se seront mis en possession de quelque bien, ou l'auront inscrit dans leurs registres, ou l'auront séquestré sans jugement préalable, et qu'il sera réclamé même par procureur, il sera rendu. Ceux qui se seront permis d'en agir ainsi, seront traduits devant les préfets, et punis par eux.

7. Il n'est pas permis de léguer au fisc, ni à lui d'accepter un procès qui peut entraîner la ruine des particuliers.

INTERPRÉT. Il n'y a que l'envie de nuire qui puisse porter à instituer l'empereur du bénéfice d'un procès ; et il ne faut pas que la majesté du prince puisse servir à opérer la ruine de qui que ce soit.

8. Il ne résulte aucune action d'une simple promesse ; c'est pour cela que le fisc ne peut s'emparer des biens de celui qui se serait vanté de les avoir laissés à l'empereur.

9. Le privilège du fisc consiste à primer tous créanciers.

10. Le fisc ne peut rien demander ni par induction, ni sur copie d'aucun écrit ; il ne le peut qu'en vertu d'acte authentique, auquel foi est due quant à l'obligation qu'il constate. Aucun titre douteux ne peut être accueilli en sa faveur en justice.

11. Les biens de celui qui a fait de la fausse

§. 2. *Ei etiam velut indigno auferitur hereditas, qui affinem, vel cognatum, cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit, aut ne jure subsisteret operam dedit.*

§. 3. *Si pater, vel dominus id testamentum, quo filius ejus, vel servus heredes instituti sunt, aut legatum acceperunt, falsum redarguant, nec obtineant, fisco locus est.*

§. 4. *Ætati ejus, qui accusat testamentum, si non obtineat, succurri solet in id, quod ita amisit, maximè si tutoris, aut curatoris consilio actio instituta sit.*

§. 5. *In ea provincia, ex qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur, ne aut gratiosus, aut calumniosus apud suos esse videatur.*

§. 6. *Quoties sine auctoritate judicati officiales alicujus bona occupant, vel describunt, vel sub observatione esse faciunt, adito procuratore injuria submovetur, et rei hujus auctores ad præfectos prætorio puniendi mittuntur.*

§. 7. *Litem in perniciem privatorum fisco donari non oportet, nec ab eo donata suscipi.*

INTERPRÉT. Imperatorem litis causa heredem institui invidiosum est : nec enim calumniandi facultatem ex principali majestate capi oportet.

§. 8. *Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur : ideoque ejus bona, qui se heredem imperatorem facturum esse jactaverat, à fisco occupari non possunt.*

§. 9. *Privilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum retinere.*

§. 10. *Quicumque à fisco convenitur, non ex indice, vel exemplo alicujus scripturæ, sed ex authentico conveniendus est : etsi contractus fides possit ostendi. Cæterum calumniosam scripturam vini justæ petitionis in judicio obtinere non convenit.*

§. 11. *Ejus bona, qui falsam mone-*

tam percussisse dicitur, fisco vindicantur. Quòd si servi ignorante domino id fecisse dicantur, ipsi quidem summo supplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur, quia peiorem domini causam servi facere, nisi fortè scierit, omninò non possunt.

monnaie sont acquis au fisc. Si ce sont des esclaves qui se soient rendus coupables de ce crime à l'insu de leurs maîtres, ils doivent être condamnés au dernier supplice, sans qu'il soit rien exigé des maîtres. Les esclaves ne peuvent, dans ce cas, rendre pire la condition de leur maître, que lorsqu'il a, par hasard ou autrement, eu connaissance de leur méfait.

TITULUS XIII.

De Delatoribus.

§. 1. **O**MNES omninò deferre alterum, et causam pecuniariam fisco nunciare prohibentur. Nec refert mares istud, an feminae faciant, servi, aut ingenui, an libertini, an suos, an extraneos deferant. Omni enim modo puniuntur.

§. 2. Servi fiscales, qui causam domino prodere, ac nunciare contendunt, deferre non videntur, subornati sanè reum prodere coguntur, qui quod per se non potest, per alium deferat. Perindè autem subornatores, ac delatores puniuntur.

INTERPRET. *Si servi fiscales aliquid domino nunciaverint atque prodiderint, delatores esse non videntur. Sanè si aliquis eos ad hanc rem immiserit vel instigaverit, eum prodere compelluntur. Qui cum proditus ab illis fuerit, ita puniri jubetur, quemadmodum delatores pro juris ordine puniuntur.*

§. 3. Damnati servi, sive post sententiam, sive ante sententiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi fortè eos deferant majestatis.

TITULUS XIV.

De Quæstionibus habendis.

§. 1. **I**N criminibus eruendis quæstio quidem adhibetur, sed non statim à tormentis incipiendum est : ideoque priùs argu-

TITRE XIII.

Des Délateurs.

1. **I**L est défendu de se permettre aucune dénonciation l'un contre l'autre, même pour ce qui concerne les droits pécuniaires du fisc. Il n'importe qui a dénoncé, soit homme ou femme, esclaves ou de condition libre, ou affranchis; qu'ils aient dénoncé leurs parens ou autres, ils doivent être punis, quelle que soit leur délation.

2. Les esclaves fiscaux qui, par prétendu intérêt pour leur maître, lui font une dénonciation, ne doivent pas être censés avoir dénoncé; ils ne peuvent être considérés que comme ayant voulu servir un suborneur, qui ne devant se permettre aucune dénonciation, s'est servi d'eux pour la porter. Les dénonciateurs et les suborneurs sont également punis.

INTERPRÈT. *Les esclaves du fisc ayant dénoncé ou découvert quoi que ce soit à leur maître, il n'en peut rien résulter. S'ils indiquent ensuite ceux qui leur auraient fourni la dénonciation, ou qui les auraient portés à la faire, ceux-ci doivent être punis de la peine ordinaire des dénonciateurs.*

3. Les esclaves condamnés qui, avant ou depuis leur jugement, auraient chargé leur maître de quelques crimes, ne doivent pas être écoutés, à moins qu'il ne s'agisse de crime de lèse-majesté.

TITRE XIV.

Comment on doit interroger.

1. **P**OUR parvenir à découvrir les crimes, il peut être utile de faire subir interrogatoire; mais il ne faut pas d'abord y

procéder par les tortures ; on doit en premier lieu ne se servir que de raisonnemens ; s'il en résulte de justes soupçons de culpabilité contre l'interrogé, c'est alors qu'il est permis de le faire mettre à la torture, pour en tirer des aveux de son crime et l'indication de ses complices.

2. Lorsqu'il existe plusieurs accusés du même crime, on doit interroger d'abord les plus timides et les plus jeunes.

TITRE XV.

Des Témoins.

1. **L**ES témoins suspects de liaison avec le coupable, et sur-tout ceux qui habitent avec lui et qu'il produirait, ne doivent pas, d'après la loi, être entendus. Il en est de même de ceux qu'il aura reproché, à cause de la vilité de leur état. La bassesse et la dignité de l'état est à considérer quant aux témoins.

2. Personne ne peut être forcé à déposer, malgré soi, contre son parent ou son allié.

3. Les père et mère, ni les enfans, pas même les affranchis refusans, ne peuvent être entendus comme témoins les uns contre les autres. Le témoignage forcé de ces sortes de personnes nuit le plus souvent davantage à la découverte de la vérité qu'il ne peut y être utile.

INTERPRÉT. *Les père et mère, leurs enfans et leurs affranchis ne sont pas reçus à témoigner les uns envers les autres ; parce qu'il est reconnu que l'affection qu'ils se portent les empêche ordinairement de dire vérité.*

4. Il n'y a lieu à entendre des témoins contre ce qui a été écrit, que lorsque cet écrit est argué de faux.

5. Ceux qui auront porté un faux témoignage, ou varié dans leurs dépositions, ou autrement sacrifié une des parties à l'autre, doivent être ou exilés ou relégués dans une île, ou privés de leurs droits civiques.

6. Lorsqu'il ne s'agit que d'intérêt pécuniaire, excepté en information relative à une succession, il est défendu d'employer la torture ; le doute ne peut être levé qu'à l'aide du serment ou de témoins.

mentis quærendum est, etsi suspicione aliqua reus urgeatur, adhibitis tormentis de sociis et sceleribus suis confiteri compellitur.

§. 2. Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primùm incipiatur, qui timidior, et teneræ ætatis esse videatur.

TITULUS XV.

De Testibus.

§. 1. **S**USPECTOS gratiæ testes, et eos vel maximè, quos accusato de domo produxerit, vel vitæ humilias infamaverit, interrogari non placuit. In teste enim et vitæ qualitas spectari debet, et dignitas.

§. 2. In affinem vel cognatum invito testes interrogari non possunt.

§. 3. Adversus se invicem parentes et liberi, itemque liberti nec volentes ad testimonium admittendi sunt. Quia rei veræ testimonium, necessitudo personarum plerumque corrumpit.

INTERPRÉT. *Adversus se invicem testimonium parentes et filii, vel liberti dicere prohibentur : quia veritatis professionem propinquitatis affectio impedire cognoscitur.*

§. 4. Testes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturam interrogari non possunt.

§. 5. Qui falsa vel varia testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur.

§. 6. In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus hereditariis quæritur, non adhibentur. Aliàs autem jurejurando, aut testibus explicantur.

TITULUS XVI.

De servorum Quæstionibus.

§. 1. **S**ERVUM de facto suo in se interrogari posse ratio æquitatis ostendit. Nec enim obesse ei debet qui per servum aliquid sine cautione commodat, aut deponit.

INTERPRÉT. *Servum de facto suo in se interrogari posse præceptum est, ut si aliquid dominus ejus per eum cuicumque sine cautione transmiserit, aut commodaverit, si ille, cui traditum est, negare voluerit, responsione servi, per quem res acta est, possit rei probatio non deesse.*

§. 2. **J**udex tutelaris itemque centum viri, si aliter de rebus hereditariis, vel de fide generis instrui non possunt, poterunt de servis hereditariis habere quæstionem.

INTERPRÉT. *Si quando rerum hereditariarum quantitas, tutore agente requiritur, ut possit hereditatis quantitas inveniri, de servis hereditariis haberi quæstionem jure præceptum est. Et si fortassè de filiis aliqua dubitatio habeatur, ut veritas inveniri possit, torqueri servi hereditarii jubentur.*

§. 3. **S**ervi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt : et hoc invito domino non est permittendum, nisi delator, cujus interest quod intendit probare, pretia eorum quanti dominus taxaverit, inferre sit paratus, vel certè deterioris facti servi subire taxationem.

§. 4. **S**ervo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur. Nec enim oportet in rebus dubiis salutem

TITRE XVI.

Des Interrogatoires des esclaves.

1. **O**N peut interroger l'esclave sur le fait qui lui est personnel, la raison et l'équité le veulent ainsi : car rien ne doit s'opposer à ce que celui qui a prêté ou mis en dépôt, par l'intermédiaire de son esclave, ne puisse le prouver.

INTERPRÉT. *Il est de règle qu'un esclave peut être interrogé sur son fait personnel. tel, par exemple, que sur celui de la remise ou du prêt nié d'une chose qu'il avait été chargé par son maître de remettre sans en prendre de reçu ; parce que la preuve de l'un ou l'autre de ces faits pouvant être acquise des seules réponses de l'esclave, ne doit pas être négligée.*

2. Si le juge de la tutelle ou les centumvirs ne peuvent être autrement instruits des choses dépendantes d'une succession, ou de la loyauté de la famille, qu'en interrogeant les esclaves, ils devront les interroger.

INTERPRÉT. *Lorsqu'il s'agira de connaître la quantité des objets dépendans d'une succession, et que le testateur requiert à cette fin que les esclaves de l'hérité se ent interrogés, il est de droit de déférer à cette réquisition ; si par hasard il existait quelque soupçon fondé sur quelques uns des enfans, on pourra ordonner la torture des esclaves, afin d'en tirer la vérité.*

3. Les esclaves d'autrui ne peuvent être torturés qu'un à un, lorsqu'il s'agit de l'intérêt de tout autre que leur maître ; ils ne peuvent l'être si leur maître n'y a pas consenti, à moins qu'il ne s'agisse d'une délation portée par l'un d'eux, et que leur torture n'ait pour objet, de la part du dénoncé, de tirer d'eux-mêmes la preuve qu'ils ont été payés pour dénoncer, combien ils ont reçu de leur maître, et enfin établir envers le maître la taxe de l'indemnité par lui due, à cause du délit de son esclave.

4. On n'ajoute aucune foi à la dénonciation faite de gaieté de cœur par l'esclave contre son maître ; il ne faut pas, dans le

doute, que le sort des maîtres dépende du caprice de leurs esclaves.

5. Les esclaves ne peuvent pas être interrogés dans les affaires ou pécuniaires ou capitales de leurs maîtres, ni par le président de la province, ni par son délégué.

6. L'esclave de deux maîtres ne peut être torturé relativement à ce qui est personnel à l'un ou à l'autre.

7. Qui n'a acquis un esclave que pour l'empêcher d'être interrogé sur ce qui le concerne, en rendra le prix; et ce fait, l'esclave sera interrogé.

8. L'esclave, à qui que ce soit qu'il ait appartenu depuis qu'il a été acheté, ne peut être interrogé sur ce qui concerne personnellement le maître qui l'a vendu, par respect pour la puissance qu'il a eue sur lui.

9. Un esclave n'ayant été affranchi que pour éviter qu'il ne soit torturé, n'en pourra pas moins être interrogé.

10. Si un voleur dénonce celui qui aurait été cause de son interrogatoire, on ne doit ajouter aucune foi à sa dénonciation; à moins qu'il n'apparaisse que celui qui aurait livré le voleur ne l'a fait que pour ne pas être soupçonné d'avoir été d'intelligence avec lui.

INTERPRÉT. *Lorsqu'un voleur aura chargé, dans le cours de son interrogatoire, celui qui l'aurait fait interroger, il ne faudra prêter aucune croyance à sa dénonciation; à moins qu'il ne paraisse évident que celui qui aurait livré le voleur à l'interrogatoire, ne l'ait fait que pour échapper lui-même par ce moyen à la justice.*

11. L'accusateur ne peut accuser par un autre, ni un coupable être défendu par un autre, si ce n'est lorsqu'un maître accuse son affranchi d'ingratitude, ou bien pour excuser l'absence d'un accusé.

INTERPRÉT. *En cause criminelle, l'accusateur ne peut accuser qu'en personne. L'accusé ne peut être défendu par procureur ou toute autre personne que lui-même, si ce n'est lorsqu'un maître accuse son affranchi d'être un ingrat.*

12. Si un juge a prononcé pour de l'argent l'absolution d'un coupable, et qu'il

dominorum servorum arbitrio committi.

§. 5. *Servi in caput domini neque à præside, neque à procuratore tam in pecuniariis, quam in capitalibus causis interrogari non possunt.*

§. 6. *Communis servus in caput alterius ex dominis torqueri non potest.*

§. 7. *Qui servum idè comparavit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari.*

§. 8. *Servus in caput ejus domini, à quo distractus est, cuique aliquando servivit, in memoriam prioris domini interrogari non potest.*

§. 9. *Si servus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueatur, quæstio de eo nihilominus haberi potest.*

§. 10. *Quæstioni ejus latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidem accommodari non convenit; nisi id fortè velandæ conscientia suæ gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur.*

INTERPRÉT. *Si latro quæstioni subditus, de eo qui ipsum quæstioni obtulit, confiteatur, credulitatem confessioni ejus non convenit adhiberi; nisi fortè pro tegenda conscientia sua eum quæstioni obtulisse rebus evidentibus approbatur.*

§. 11. *Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest, nisi ingratum libertum patronus accuset, aut rei absentia defendatur.*

INTERPRÉT. *In criminalibus causis nec accusator, nisi per se aliquem accusare potest, neque accusatus per procuratorem, aut aliam personam se defensare permittitur; nisi fortè ingratum libertum patronus accuset.*

§. 12. *Si pecunia data à judice reus absolutus esse dicatur, idque in eum fuerit*

comprobatum, ea poena damnatur, qua reus damnari potuisset.

§. 13. In convictum reum, sive torqueri possit, sive non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est.

INTERPRET. *In eum reum, qui de objecti criminis veritate convincitur, sive torqueri possit, sive non possit, iudex quod ei visum fuerit iudicabit.*

§. 14. Reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt. Scire enim oportet, quibus sint criminibus responsuri.

soit convaincu de ce fait, il sera condamné à la peine qu'aurait dû subir ce coupable.

13. On doit prononcer sur le sort d'un coupable convaincu, soit qu'il puisse être torturé ou non, selon que son crime vérifié le mérite.

INTERPRÈT. *L'accusé reconnu coupable du crime qui lui a été imputé, qu'il puisse être torturé ou non, sera jugé ainsi que le juge le trouvera bon.*

14. Les accusateurs doivent être forcés de donner, à ceux qu'ils accusent, connaissance des crimes qu'ils leur imputent; car il faut qu'ils sachent de quels crimes ils doivent se défendre.

TITULUS XVII.

De Abolitionibus.

§. 1. **P**OST abolitionem publicam à delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest, postea non potest.

§. 2. Summa supplicia sunt, crux, crematio, decollatio. Mediocrium autem delictorum poenae sunt, metallum, ludus, deportatio. Minimae, relegatio, exilium, opus publicum, vincula. Sanè qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

TITULUS XVIII.

De Abactoribus.

§. 1. **A**BACTORES sunt, qui unum equum. duas equas, totidemque boves vel capras decem, aut porcos quinque abegerint. Quidquid verò intra hunc numerum fuerit ablatum, in poena furti pro qualitate ejus, aut in duplum, aut in triplum convenitur, vel fustibus caesus in opus publicum unius anni datur, aut sub poena vinculorum domino restituitur.

§. 2. Si ea pecora, de quibus quis litigat, abierit, ad forum remittendus est, atque ita convictus in duplum, vel in tri-

TITRE XVII.

Des Abolitions.

1. **L**ORSQU'IL a été donné quelque abolition publique, l'accusé peut se pourvoir dans les trente jours contre son délateur; après il ne le peut plus.

2. Les plus grands supplices sont, la croix, le feu, la décollation. Les peines des délits sont, les mines, les jeux publics, la déportation. Les moindres peines sont, la relégation, l'exil, les travaux publics, les fers. Celui qui a été condamné à combattre avec le fer dans les jeux, doit subir son jugement dans l'année.

TITRE XVIII.

Des Voleurs de bestiaux.

1. **S**ONT voleurs de bestiaux ceux qui ont soustrait un cheval, deux jumens, autant de bœufs, dix chèvres ou cinq porcs. Quel que soit le nombre des bêtes dont on se serait emparé, au-dessous de ceux ci-dessus indiqués, on n'aura commis qu'un vol simple, dont la peine sera, selon son espèce, de la restitution du double ou du triple, ou les travaux publics pour un an, après avoir été battu des baguettes, ou les fers, chez le maître auquel le voleur aurait été rendu.

2. Si étant en contestation sur quelques bestiaux, l'un des contestans les emmène, il doit être poursuivi en justice pour ce

fait, et s'il est prouvé, être condamné au double ou au triple, comme un voleur. *plum furis more damnatur.*

TITRE XIX.

Des Sacrilèges.

Ceux qui de nuit et d'un coup de main auront violé l'enceinte d'un temple, dans le dessein de piller, ou seulement de s'emparer de quelques-unes des victimes de réserve, doivent être livrés aux bêtes. Si, au contraire, il n'en a été enlevé que peu de chose pendant le jour, les coupables de basse extraction seront condamnés aux mines, les autres le seront à la déportation.

INTERPRÉT. *Ce qui a ici rapport aux temples, doit également s'entendre des églises; au reste il n'est pas besoin de plus d'explication.*

TITRE XX.

Des Incendiaires.

1. **T**OUT incendiaire qui n'aurait mis le feu dans une ville murée que pour piller, doit être puni de mort.

2. Ceux qui, par vengeance, auront mis le feu à une cabane ou maison des champs, seront, s'ils sont de basse extraction, condamnés aux mines ou aux travaux publics; s'ils sont d'honnête famille, condamnés à la relégation dans une île.

3. Si le feu a pris par hasard, ou par l'imprudence de quelqu'un, et qu'ayant été porté par le vent jusqu'aux champs voisins, les blés, les vignes, les oliviers, ou autres arbres à fruits en aient été brûlés, ces dommages seront réparés à dire d'experts. Si un esclave était la cause de ce malheur, il sera, pour réparation de sa faute, livré, sans autre formalité, à celui qui aura souffert le dommage, si son maître n'aime mieux le payer sur estimation.

4. Ceux qui auront mis le feu en cachette, mais exprès, aux moissons, aux vignes, aux oliviers, seront, s'ils sont de basse extraction, condamnés aux mines; s'ils sont de famille honnête, condamnés à la relégation dans une île.

5. Ceux qui de nuit ont détruit d'un

TITULUS XIX.

De Sacrilegiis.

QUI noctu et manufacta prædandi, ac depopulandi gratia templum irrupunt, bestiis objiciuntur. Si verò per diem leve aliquid de templo abstulerint, vel deportantur honestiores, vel humiliores in metallum damnantur.

INTERPRÉT. *Ista quæ de templo dicta sunt, de ecclesia loqui intelligenda sunt; de reliquo interpretatione non eget.*

TITULUS XX.

De Incendiariis.

§. 1. **I**NCENDIARIUM qui quid in oppido prædandi causa faciunt, capite puniuntur.

§. 2. Qui casam aut villam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum, aut in opus publicum damnantur, honestiores in insulam relegantur.

§. 3. Fortuita incendia quæ casu ventiferente vel incuria ignem supponentis adusque vicini agros evadunt, si ex eo seges vel vinea vel olivæ vel fructiferæ arbores concrement, datum damnum æstimatione sarciat. Commissum verò servorum, si domino videatur, noxæ deditio sarciat.

§. 4. Messium sanè per dolum incensores, vinearum olivarumve aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in insulam relegantur.

§. 5. Qui noctu fructiferas arbores manu

facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honestiores damnus sarcire coguntur, vel curia submoventur, vel relegantur.

coup de main des arbres à fruits, sont ordinairement condamnés aux travaux publics, et s'ils sont d'honnête famille, forcés de réparer le dommage, ou expulsés de leur centurie, ou relégués.

TITULUS XXI.

De Vaticinatoribus, et Mathematicis.

§. 1. **V**ATICINATORES, qui se Deo plenos assimilant, idcirco civitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicujus rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primùm fustibus cæsi civitate pelluntur : perseverantes autem in vincula publica conjiciuntur, aut in insulam deportantur, vel certe relegantur.

§. 2. Qui novas, et usu, vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur.

§. 3. Qui de salute principis, vel summa reipublicæ mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores consulit, cum eo, qui responderit, capite puniuntur. Non tantùm divinatione quis, sed ipsa scientia, ejusque libris melius fecerit abstinere.

§. 4. Quòd si servi de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est, cruce afficiuntur. Consulti autem si responsa dederint, aut in metallum damnantur, aut in insulam relegantur.

TITULUS XXII.

De Seditiosis.

§. 1. **A**UCTORES seditionis et tumultus, vel concitatores populi, pro qualitate di-

TITRE XXI.

Des Devins ou Astrologues.

1. **L**ES devins s'annonçant comme inspirés d'un Dieu quelconque, doivent être expulsés des villes, pour éviter qu'ils n'abusent, quant aux mœurs, de la crédulité humaine, par l'attente de quelque événement que ce soit, sur-tout s'ils sont déjà parvenus à égarer l'esprit du peuple. Ils doivent, pour la première fois, être expulsés après avoir été battus de baguettes; en cas de récidive, ils sont jetés dans les fers publics, ou déportés dans une île, ou relégués.

2. Quiconque essaie, par pratique ou démonstration raisonnée, d'introduire de nouveaux cultes religieux propres à exalter les têtes des humains, doivent, s'ils sont de basse extraction, être punis de mort, et seulement déportés s'ils sont de famille honnête.

3. Quiconque aura consulté les astrologues, bergers, oiseleurs, ou devins, sur la vie ou la mort de l'empereur, ou qui aura seulement correspondu avec eux, sera puni du dernier supplice. Dans ce cas, le mieux est de s'abstenir de toute divination, de ne faire aucun usage de sa science réelle, ni de consulter aucun de ses livres.

4. Si ce sont des esclaves qui aient consulté sur la vie ou la mort de leurs maîtres, ils doivent être punis de mort, c'est-à-dire être mis en croix. Si ceux qui auraient été consultés ont donné réponse, ils doivent être condamnés aux mines ou à la relégation dans une île.

TITRE XXII.

Des Séditieux.

